UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Preceptoriu[m] Nico. [de] Lira ordinis seraphici Francisci/ siue Expositio tripharia breuis vtil[is] in decalogu[m] legis diuine

Henricus <de Frimaria>
Nicolaus <de Lyra>

Colonie, 19.05.1495

urn:nbn:de:hbz:466:1-31207

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

T 198

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.

1

# Preceptoriũ Nico. ð Lira

ordinis ſeraphici Franciſci/ſiue Expoſitio tripha
ria breuis ꝛ vtil' in decalogũ legis diuine.

De decimis dandis.
Interrogationes faciende infirmo morienti.
De articulis fidei.
De ſeptem peccatiſ mortalibꝫ.
De triplici modo peccandi ĩ deum
De operibꝫ miſcdie.
Compendiũ de vita antichriſti.
De fine mundi Et de extremo iuditio.
De aĩe hoĩs immortalitate Libellus ꝑutilis.

Qui dubitat in fide infidelis est. ut ait Felix,
frx martyr.

Collegij Societ. Jesu Paderborn
Ex donat. R. D. Sebast. Schulte.

J 198

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Anthonij liberi Suſatenſis ĩ laudẽ inclite Colonoꝝ vrb. Epygramma feliciter incipit.

O felix vrbs ante alias Colonia ſalue. ⁊
Pauperꝫ ingenij munera ſume libens.
Salue o metropol' ſuperꝫ cara. inclita ſalue. o
Tellus aucta bonis nobilibuſqꝫ virꝫ
Tu mihi ſola places. nã qꝫ es ꝑadiſus abũdans
Moribꝫ egregijs artibꝫ atqꝫ ſacrꝫ
Et tua terraꝝ celebrꝫ iam fama ꝑ orbem
Atqꝫ tuas laudes ꝯcinit oĩs homo
Urbibꝫ es reliq̃s multo felicioꝛ in te
Nam requiem reges tres orientꝫ habent
O venerãda nimis vrbs. O ſanctiſſima q̃ tot
Enſibꝫ exhauſta corpora ſancta colunt
Res miranda. dei tecũ eſt clementia: nanqꝫ
Munera que totꝰ non habet orb. habes
Conſilijs romã vincꝫ. ſapientia athenas.
Pariſius ſtudijs. ⁊ Venetos opibꝫ
Singula q̇d referã ſuperas aſiatica regna
Europe. atqꝫ tibi ⁊ affrica magna fauet
Ergo ego carminibꝫ laudãs caſtra opida ⁊ vrbes
Non potero laudis immemoꝛ eſſe tue.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PROLOGUS

¶ Venerabil' fratr' Nicolai de lyra or
dinis ſeraphici Franciſci/ preceptoꝛiuꝫ
ſiue expoſitõ triphãria breuis ⁊ vtil' i de
calogũ legis diuine Incipit feliciter.

HVdi iſrael p̄cepta
domini/ ⁊ ea in cozde tuo quaſi in libꝛo
ſcribe. ⁊ dabo tibi terrã fluentem lac et
mel Deutero. 6. ¶ In his verbis propoſitis ſpi/
rituſſanctus circa diuina p̄cepta tria tãgit. ¶ Pri
mo nãqꝫ oſtẽdit ꝙ ſtꝫ hylarit' audiẽda. ¶ Scdo
ꝙ ſtꝫ memoꝛie cõmẽdãda ¶ Tertõ ꝙ ſtꝫ eternalit'
p̄miãda. Primũ inuit' cũ p̄mittit'. Audi iſrael p̄ce
pta dñi. Scdm cũ ſubdit'. ⁊ ea ĩ cozde tuo q̄ſi ĩ li/
bꝛo ſcribe. Tertiũ cũ annectit': ⁊ dabo tibi t'rã flu
entẽ lac ⁊ mel. ¶ Propt' p̄mũ ſciẽdũ ꝙ p̄cepta dñi
ſtꝫ hylarit' ⁊ libent' audiẽda triplici rõne. ¶ Pꝛio
q2 naturã lapſam releuãt ⁊ oẽ pc̃ti vulnus curãt:
¶ Scdo q2 hoĩeꝫ de vita beata p̄fecte certificant
¶ Tertõ q2 mẽtẽ rõnalẽ totalit' ad ſummam p̄fe/
ctõeꝫ eleuãt ¶ Primũ pꝫ Natura nãqꝫ hũana ex
preuaricatiõe p̄mi parẽtꝫ fuit triplici pc̃ti vulnere
ſauciata. Et p̄mo q̄dẽ ĩ rõnali q̄ fuit obfuſcata in
cognitõe p̄mi veri. Nã p̄mꝰ hõ ante pc̃tm̃ habuit
ſyncerã notiaã de deo p̄ ſpecies ſibi intellectualit'
influxas: Sed poſt peccatum ratio fuit depreſſa
intantũ vt p̄ ſpecies corpoꝛales ip̄am cognitõem
diuinam opozteret mẽdicare. ¶ Scdo in cõcupi
ſcibili q̄ fuit viciata in dilectõe ſummi boni. A pu

ritate nāq; diuine dilectionis. concupiſcibilis de/
preſſa fuit. ⁊ contaminata amore terrenorum.
¶ Tertio in iraſcibili. que fuit debilitata in dete/
ſtatione mali Nam ꝓpter vehemētiā paſſionum.
homo in ſtatu nature corrupte non poteſt ita viri/
liter deteſtari malū/ſicut feciſſet ī ſtatu innocentie
¶ Hoc aūt vulnus triplex per diuina p̄cepta per
fectiſſime ſanat᷑. ¶ Nam p̄mo rationalem illumi/
nant ī ꝑfecta cognitione primi veri. Vn̄ Pſalmi/
ſta. Preceptum domini lucidū illuminās oculos
¶ Scd̄o concupiſcibilem inflammāt in perfecta
dilectōe ſummi boni. Unde Pſalmiſta. Ignitū
eloquium tuum vehementer. ¶ Tertio iraſcibilē
confirmant/in ꝑfecta deteſtatione mali. quod pe/
tebat Pſalmiſta cum dicit. Confirma me in verb
tuis. Unde ꝓpter predicta. p̄cepta diuina non ſo
lum ſunt hylariter audienda. ſed etiam ſunt p̄ oī/
bus intime diligenda. Teſte propheta qui dicit
Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum ⁊ thopazī
on. Cuius tamen cauſā triplicem p̄dictis trib⁹ cō
ſonam reddit ibidem ſubdens Propterea ad oīa
mandata tua dirigebar. In quo innuit ꝙ homo
per mandata diuina dirigit᷑ in perfecta dei cogni/
tione/⁊ in intima eius dilectione Sed per hoc qđ
ſequitur. omnem viam iniquam odio habui oſtē/
dit etiam quoad iraſcibilem ꝙ per ea homo perfe
cte dirigitur in perfecta deteſtatione mali. Et qꝛ
precepta diuina ſic ſanant vulnera peccati. īdo cō
uenienter in ſcriptura ſacra nomīe vnguenti ſana/
tiui exprimuntur. Eccleſia.38. Unguentari⁹ fa/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciet pigmenta ſuauitatis ꝛ vnctionis conficiet ſua/
uitatis. Nam ad ſanandum vulnera noſtre men/
tis pigmentarius deꝰ ipē in apotheca diuine bo/
nitatis. per artem ꝛ magiſteriū ſue ſapiētie increa/
te. conficit vnguentum ꝛ triplex antidotū peropti
me ſanatiuum. Et hoc ex herb̄ nobiliſſimis adin
uicē permixtꝫ. Ex diuīa ſcꝫ miſcōdia/ ꝛ ex eius mel
liflua doctrina/ ꝛ ex gratia diuinitꝰ īſpirata. Hec
autem artificio diuīe ſapīe ſibi iuicē pmixta. illud
vnguētū ſanatīm ↄficiūt. ¶ Scōm pꝫ. nā ipa vo/
ce xvitatꝫ hō ex diuinoꝝ p̄ceptoꝝ obſeruātia/ certi/
ſſime aſſecurat̄ ꝺ vita beata Et idō ſaluatoꝛ dicit
Math. 19. Si vis ad vitā īgredi. ſua mandata.
Propt̄ qꝺ ſaluatoꝛ diſcipul̄ eius doctrinā ſuan/
tibus ꝛ precepta eius īplentibus premium eterne
beatitudinis pollicetur Luce. 22. Ego diſpono
vob̄ regnum ſicut diſpoſuit mihi pater vt edatꝫ et
bibatꝫ ſuper menſam meam ī regno meo vbi vita
eterna (ſcōm Auguſtinum) ſine fine videbit̄/ ſine
fatigatōne laudabitur/ ꝛ ſine faſtidio amabitur.
¶ Tertiū patet. Nam ſupma pfectō hoīs actiui
ī hac triplici actu perficitur. Ad quoꝛuꝫ ↄſumma
tōem precepta diuīa mentem rationalē totalit̄ ele
uant ꝛ ſublimant. Primus eſt oīs terrene ſollicitu
dis depoſitō/ ꝛ mentꝭ ab omni ſpē creata perfecta
denudatō/ ac ī ſui itimo oīmimoda recollectō Qꝺ
pꝫ. Opoꝛtet eīm mētē ad ſpūalē perfectōeꝫ ↄſcēde
re volētem ab oī ſollicitudie terrenoꝝ eſſe ſemotā ꝛ
ab oī ſpē creata eſſe abſtractā/ ꝛ ī ſui itimo totalit̄
recollectam. Quod pulchꝛe figuratuꝫ eſt ī moyſe

Exodi. 24. q̊ cū deberet ad deū ī mōtē aſcēdere:
ꝑus fuit a tumultu ꝓpl'i ſegregat⁹ deīde fratri ſuo
Aarō aſſociat⁹ quē tn̄ poſtea dimiſit poſtq̄ꝫ cū eo
ꝑtē mōtꝫ aſcēdit ꝛ ita demū ſol⁹ remāſit. Moyſes
nāqꝫ īterp̄tat' aſſumpt⁹ d' aq̄/vl' depoſitō vl' denu
datō. ꝛ ſ'cat mentē ꝯtēplatiuā ab oī tumultu ꝓpl'i
ſegregatā. Qd̄ inuit' p h̄ ꝙ Moyſes ſegregatus
fuit a ꝓpl'o. Itē ab oī ſpecie creata denudatā ꝛ ab
ſtractā/qd̄ inuit' ꝑ h̄ ꝙ fuit a fratre ſeiūct⁹ Et hoc
notant'/qꝛ ſic Aarō fuit moyſi naturali vīculo col
ligat⁹. ita ſpēs ꝑ q̄s ī itellectualē cognitōēꝫ dedu/
cimur ſꝑ ſtꝫ mēti nr̄e naturalit' cōplantate. qd̄ pꝫ/
qꝛ nr̄ ītellect⁹ nihil intelligit naturalit' niſi ꝑus fu/
erit ſpē aliq̄lit' īformat⁹. t'tio de aīa. Et iō Moy
ſi ab Aarō ſepatō ē mētꝫ rōnalis ab oī ſpē creata
ꝑfecta denudatō ¶ Tertō ipaꝫ mētē ꝯtēplatiuā
oportet eē ī ſui ītimo recollectā Qd̄ pꝫ ꝑ h̄ ꝙ Mo
yſes poſt ſepatōēꝫ ſui a fratre/q̄draginta dieb⁹ ſo/
litari⁹ remāſit. Ad inſinuādū ꝙ mēs ip̄i⁹ in ſui in/
timo ꝑfecte recollecta fuit Scōs actus eſt ſuiꝑi⁹
omnimoda derelictō. Oportet nāqꝫ mentē ad cō
templatōis faſtigiū aſpirantē. ſeip̄aꝫ deſerere ꝛ vo
luntatē ꝓpriā oīmode abdicare ꝛ ip̄am diuine vo/
luntati adeo ꝑfecte conformare: ꝙ in nullis ſuis
motib⁹ ſequat' impetū arbitrij ꝓprij ſꝫ in omnibus
mere dependeat ex volūtate arbitrij diuini. Quō
autē mens vel qualit' ſeip̄am deſerere debeat. pul
cre docet ꝛ ſubtilit' Bernard⁹ ſup cantica. ſermo/
ne. 85. vbi dic̄ ꝙ hoc fit cū mēs ineffabili vbi dul
cedine allecta/ſeip̄am ſibi quodāmō furat' ꝛ ſuꝑ ſe

ſpam rapitꝛ elabit a ſeipa vt vbo diuino fruatur. Quod etꝫ ſi detur alicui experiri. nulli tñ dat poſſe eloqui cũ hoc ſit ineffabile. Vnd Bernardus ibidẽ dic ꝙ ſi vbũ diligent ꝯſideret apparꝫ ꝙ hoc emanat a pꝛofundo cordis deifici qd veritatez facti experimentaliter cõpꝛobauit. In quo q̇dẽ vbo beat⁹ Bernard⁹ tria innuit q̄ ad hoc ꝯcurrunt vt mens ſeipam deſerat. ¶ Primo nãqꝫ reqrit volũtatꝫ ꝓpꝛie omnimoda abdicatio. qd innuit ꝑ hoc qd dicit ꝙ mens quodãmõ ſe ſibi furat. ¶ Scd̃o reqrit omnis opatõis natural omnimoda trãſcẽſioꝛ in apice ꝯtẽplatõis ꝑfecta ſuſpẽſio. qd innuit cũ dic ꝑ h̄ ꝙ mẽs ſup ſeipam rapit. ¶ Tertõ reqrit ſuiipius deſpectioꝛ ſue voluntatꝫ in volũtatem diuinã ꝑfecta trãſſoꝛmatõ. qd innuit ꝑ hoc qd dicit mentem elabi a ſeipa vt verbo diuino fruatur. Tunc em̄ mens a ſeipa elabitur. quando ſibiipſi et omnib⁹ actib⁹ ſuis/ſcꝫ appꝛehenſiue/ꝛ appetiue pꝛe ſuauitate diuine contemplationis fundit⁹ moritur/verbo diuino fruensꝛ omnibus aliis moꝛtua exiſtens. Hec autem moꝛs eſt dulciſſima. qd bene ꝓbauerat Jacob patriarcha dicens. Iã letus moꝛiar/qꝛ vidi faciẽ tuã. Geñ. 46. Hec aũt ſuiipi⁹ derelictio pulcre figurata ẽ in Moyſe. cui dic dñs. ne ad ipm appꝛopinqret. ſꝫ calciamenta pedũ ſolueret. Exod. 3. Ne appꝛopinques inquit huc/ſed ſolue calciamenta de pedibus tuis locus em̄ in quo ſtas terra ſancta eſt. Per calciamentuꝫ quod perfecte pedi confoꝛmatur et ſibi quodammodo vinculo ligature aſtringit deſignat inclina/

tio natural' qua q̄libet ĩclinatur ꝛ reflectitur ad ſe/
ip̃m eius commodum appetendo ꝛ ꝓpriã voluñta
tem ſectando quã oportet hoĩez prorſus diſerere
ſi diuĩe cõtemplatõis velit eẽ particeps Et ĩdõ pe
dũ diſcalciatõ nihil aliud eſt ꝗ̃ ꝓprie voluntatꝫ oĩ
moda abdicatõ ꝛ eius in diuinũ bñplacitũ ꝑfecta
tranſformatõ. ¶ Tertius act⁹ eſt mentis ad diuĩ
naz caliginẽ ĩtroductõ/ ꝛ diuĩe claritatꝫ puriſſima
ꝯtemplatõ Q̃d figurate ĩnuit' ꝑ hoc ꝙ Moyſes
quodam raptu deifico ad diuinã caliginẽ ĩtrodu
ctus. ip̃m deũ per eſſentiam vidit. vt dic̃ Auguſtĩ
nus ĩ libro de videndo deũ ad paulinũ. Ex hac eĩ
viſione ꝛ ꝯſortõ diuini ſermõis eius facies cornu/
ta fuit/ quia radijs claritatꝫ maxĩe reſplẽduit/ que
etiã acumen viſus humani ĩ tantum repercuſſit. ꝙ
iudei non poterant ĩ faciem Moyſi reſpicere: niſĩ
eam ꝑ̇us velaret panno ſuperpoſito. Sꝫ notabi/
le valde eſt ꝙ ſola facies Moyſi diuĩa claritate re
ſplenduit. qꝛ cum aĩa ꝑ raptũ ad diuinã cognitõ/
nẽ ꝑducit'. ſola imago rõnal' aĩe luce diuĩe clarita/
tꝫ perfunditur. Et hec de ꝑ̇mo ꝑ̇ncipali. ¶ Pro/
pter ſc̃õm eſt ſciendum ꝙ diuina precepta per iu/
gem meditatõem ꝛ deuotam affectõem ſũt ſcribẽ
da ĩterius ĩ corde ꝛ exterius ĩ opere. Nec valet ex/
cuſatõ ſi aliq̃s diceret ſe neſcire ſcribere/ cum nũꝗ̃
litteras didiſcerit. qꝛ ſcriptor huius ſcripture ĩterĩ
us ĩ corde eſt ꝟtus ſpũſancti ĩterius ĩſpirans Pẽ
na ſcribens ẽ diuina ĩſpiratõ volũtatẽ ad bonũ ex
citans. Pargamenũ ĩ quo ſcribit' q̃d dꝫ eſſe mun
dũ ꝛ nitidũ eſt cordis mundicia. qꝛ in pargameno

nigro ꝛ lutoſo nõ apparet ſcriptura pulchra ꝛ legĩ
bilis. Incauſtum hui⁹ ſcripture ē gr̃a ſp̃ũſſancti.
Cõtinẽtia vero ſcripture ē dilectio dei ꝛ ꝓximi.
qꝛ ſꝫm apoſtolũ. finis p̃cepti ē charitas. i. ad Thĩ
mo. i. ca. Et ſicut inſtrumẽta p̃cioſa ꝛ ſpecioſa re/
cõdunt̃ i loco ſecreto ꝛ p̃uato ita ſcriptura p̃cepto
rũ dei cũ ſit vtiliſſĩa ꝛ nobiliſſima dꝫ in ſecreto pe/
ctoris ꝯſeruari. Jeremie. 31. iſi. Dabo legẽ meã
et ſcribã eã in eoꝝ cordib⁹. Nec ſolũ p̃cepta diuĩa
ſcribenda ſunt in corde ſꝫ ꝓ ꝑpetuo memoriali ſũt
etiã ſcribẽda in corpore exteri⁹ ne vnq̃ꝫ obliuione
deleant̃. Sunt aũt ſcripta in triplici parte corpo/
ris/videlꝫ in manib⁹ vt pꝫ ꝑ decẽ digitos manuũ.
in pedib⁹ ꝑ decẽ articulos peduꝫ. ꝛ in ipis ſenſib⁹
ꝓpter q̃nq̃ꝫ ſenſus exteriores ꝛ quinq̃ꝫ interiores.
Ideo aũt ſcripta ſunt in trib⁹ partib⁹ corporis p̃/
dictis. ad deſignandũ q̄ p̃cepta diuina debent ĩ
nobis regulare man⁹ operatõis/dirigere greſſus
affectõnis/ꝛ moderare ſenſus ꝛ motus conſerua/
tionis/vt videlꝫ in om̃i tua operatõne diuinũ ho/
norem attendas. ꝛ in omni affectõne tua amorẽ
diuinũ exerceas. ꝛ in omni cõuerſatõne tua exem/
pla ſanctitatis pretendas. Et de hac duplici ſcri/
ptura poteſt intelligi illō q̄ō ſcribit̃ Apocalip̃. 5.
Vidi in dextera ſedẽtis ſuꝑ thronũ librũ ſcriptũ
intus ꝛ foris/vbi per ſedentẽ in throno intelligo
p̃ſentiam diuine maieſtatis que in aĩa deuota de
lectanter requieſcit/ꝛ illã requiẽ pre oĩb⁹ aliis de/
ſideralibilib⁹ appetit. iuxta illud Prouerbiorum
. 8. Delicie mee eſſe cum filiis hominum. Per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

thronū ṽo intelligo dignitatē aīe ratōnalis q̄ ad
modū throni dꝫ eē clara ꝛ lucida ꝑ mētꝭ puritatē
ſolida ꝛ firma ꝑ viriū ſuaꝝ in bono diuino ꝑfectā
ſtabilitatē. Sublimis ꝛ alta. ꝑ feruentꝭ deſiderij
ſublimatōēꝫ ꝛ ꝑ oīmodā ſui a ꝯcupiſcētia terreno-
ruꝫ elongatōēꝫ. In hoc āt throno ſedēs. ſignant
tenet librū ī dextera manu qꝛ deſideriū aīe deuo-
teſꝑ inclinat̄ ad amorē celeſtiū ꝛ eternoꝝ. qḋ per
dexterā intelligit̄. Hic aūt liber ſcriptꝰ ē intꝰ ꝛ fo-
ris. qꝛ p̄cepta diuina debēt ſcribi in aīa deuota ī-
tus in corde ꝑ intimā dilectōēꝫ. ꝛ foris in corpe ꝑ
operꝭ ī pletōēꝫ. Sciendū tñ ꝙ lꝫ iſta ſcriptura taꝫ
in corde q̄ꝫ in corpe hoīs indelebilit̄ ſcribi debeat
tria tñ ſūt q̄ proth dolor in multꝭ hāc ſcripturā de-
lent ꝛ abſcandūt. In q̇buſdā aq̄ carnal̕ delectati-
onis In q̇buſdā ignis tēporal̕ affectōnis. In q̇-
buſdā ṽo vetuſtas mūdial̕ ꝯuerſatōnis. ¶ Pri-
mū pꝫ nā aqua carnalis delectatōis in q̇buſdam
ad modū diluuij intantū p̄ualet ꝙ multotiens et
mētes ꝑfectoꝝ deijcit ꝛ ſubuertit. Vñ ḋt Augꝰ
ī libro de ſingularitate clericoꝝ Crede mihi (epi-
ſcopis loquor) Vidi peſtē iſtā deijcere cedros li-
bani de quoꝝ lapſu nō minꝰ dubitabā q̄ꝫ Hiero
nimi vl̕ Ambroſij. Et iō ſi p̄cepta diuina ī mente
tua deſideras īdelebilit̄ obſeruare. oꝑtet ꝙ fluxꝰ
carnal̕ delectatōis ī mēte tua domet̄ ꝛ deſiccet̄ ꝑ
ventū calidū ꝛ vrentē feruētiſſime charitatꝭ. Qḋ
pulchre figuratū ē exodi. 14. vbi deꝰ ꝑ ventū vren
tē ſic deſiccauit mare rubꝝ. ꝙ populꝰ iſrahelitic⁹
ip̄m ſicco veſtigio ꝑtrāſiuit. Et hoc vere cōpletur

in nobis qũ ꝑ ardorẽ charitatꝫ oĩs flux⁹ labil' car
nalis voluptatꝫ ĩ nobis totaliter deſiccat̃. ¶ Sꝫ
eſt ſciendũ ꝙ iſte ventus vrens ſignãter dr̃ venire
de deſerto/ qꝛ nũꝗꝫ charitas ꝑfecte ĩ corde homĩs
accendit̃. niſi pri⁹ ab oĩbꝫ affectõnibꝫ mundanis
mens totalit̃ denudet̃. ¶ Scõm pꝫ. Nam ſicut
ignis material' appoſit⁹ radici arboris tollit oẽm
ei⁹ virorẽ ꝛ fecũditatẽ. ſic ignis cõcupiſcẽtie terre/
noꝝ deſiccat ĩ aĩa oĩs gr̃e fecũditatem ꝛ abſtergit
oẽꝫ diuine ſcripture decorẽ ĩ ipa ratõnali imagine
diuinit⁹ inſcripte. Et iõ ſi diuĩa ꝑcepta in aĩa tua
indelebilit̃ debẽt obſeruari. opꝫ ꝙ ardor cõcupi/
ſcẽtie ꝑ rorẽ celicũ ꝛ refrigeriũ diuine gr̃e temperet̃
Ros em̃ gr̃e obuiãs ardori ꝯcupiſcẽtie ipi⁹ eſtuꝫ
tẽperat ꝛ eneruat. ꝛ hoc triplici ratõe. ¶ Primo
nãqꝫ ex eo ꝙ gr̃a q̃ ẽ q̃dã emanatio lucꝫ eterne p̄t
obfuſcare oĩm reꝝ tẽporaliũ claritatẽ/ ꝛ ꝑ ꝯñs ap/
petibilitatẽ ¶ Scdõ ex hoc ꝙ gr̃a q̃ ẽ q̃dã guſt⁹
ſpũalis emanãs a fonte diuine dulcedinis p̄t ob/
ruere vl' alienare oĩm temporaliũ ſuauitatẽ ita vt
eoꝝ dulcedinẽ in amaritudinem cõuertat. qꝛ ſm̃
Bernardũ de amore intern⁹ guſt⁹ mentes tanto
dulcore ꝑfũdit. vt de labore reqeꝫ/ de merore gau
diũ ꝛ de cõtumelijs gloriã habeam⁹. ¶ Tertio
ex hoc ꝙ gr̃a q̃ ẽ q̃ddã donũ emanãs ab' immẽſi/
tate diuine largitatꝫ. p̄t menti adnihilare omniũ
tp̃aliũ dignitatẽ/ ita vt illa q̃ p̄us eſtimabat preci
oſa et magna. poſtea reputet vilia et abiecta. qđ
bene ſentit apoſtol⁹ cum dr̃. Oĩa arbitratus ſum
vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciam. Nec miꝝ. qꝛ cum

oīa tēporalia ſint vacua ꝛ egeſtate plena. vt ſcribi
tur Jere. 4. Aſpexi terrā ꝛ ecce vacua erat ꝛ nihil
Dicunt̄ nāq̄ȝ terrēna vacua. qꝛ nō poſſunt eſuriē
aīe ſatiare. ꝛ dicunt̄ plena nihil qꝛ nō poſſunt eiꝰ
deſideria q̄etare. ¶ Tertiū ptȝ. nā vetuſtas mū-
dialis ꝯſeruatōis ad modū vetuſtatꝫ naturaꝪ ho
minē excecat ī diuina cognitōe. ꝛ mentē īfrigidat
in diuina dilectōe. ꝛ ꝟtutes naturales debilitat ī
bona operatōne. quare talis nihil poteſt efficere
deo gratū. vt pȝ. 2. ad Corin. 2. Et ideo hāc vetu
ſtatem in hoīe abolentē diuina p̄cepta apoſtolus
docet deponere. ad Ephe. 4. Exuētes inq̄t vete
rē hoīeȝ/ id eſt antiquā peccādi ꝯſuetudinē hoīeȝ
inueterantē. Facit eñ hoīeȝ cecū in diuina cogni-
tōe. frigidum in diuina dilectōne. ꝛ impotentem
in bona operatōe. Talis aūt vetus homo debet
exui cum actibus ſuis/ hoc eſt cū omni affectōne ꝛ
inclinatōne derelicta peccādi conſuetudine ita ꝙ
intantū animus pctm̄ deteſtetur ꝙ nunq̄ȝ p̄terite
delectatōis pctī ſuauiter recordet̄. Sequit̄. Et ī
duite vos nouū hoīeȝ q̄ ſcd̄m deum creatus eſt in
iuſticia ꝛ ſctītate veritatꝫ. Ephe. 4. vbi ſignant̄ ē
aduertendū ꝙ nouꝰ homo queȝ induere debemꝰ
ꝑ totiꝰ ꝟtutꝫ exercitiū ꝛ decorē notāter dꝛ eſſe cre-
atus in iuſticia vt qđ tibi vis fieri. ꝓximo tuo faci
as. Hanc eñ iuſticiā naturalē xp̄s ꝑſonaliter do
cuit Math. 7. Debet etiā eē creatus ī ſanctitate
vt ī oī ꝯuerſatōe tua ꝓximo exēpla ſctītatꝫ ex
hibeas. Sȝ dꝛ eē creatꝰ ī veritate/ vt ī oībꝫ opibꝫ
bonis verā ꝛ rectā ītētōeȝ habeas ſolū ītēdēdo in

ēis diuinū honorē ꝛ ꝓximi edificatōez. ꝛ tūc vera
citer dicere poteris cū apoſtolo nr̄a conuerſatio in
celis ē qꝛ lꝫ p̄tēdas ī exiſtētia naturali ꝯditōez hu
manā ſeruas tn̄ ī efficatia ꝟtuali pfectōez āgelicā
¶ Propter tertiū ē ſciēdū ꝙ q̇cūqꝫ diuia p̄cepta
ſic hylarit̄ audierit ꝛ ī toto corde memorit̄ retinu
erit ꝛ in ope viriliter adipleuerit. talis ſine dubio
eternal̄r felix erit. ꝓpter qḋ ſignanter ſubiungit. ꝛ
dabo tibi terrā fluentē lac ꝛ mel. p terrā eterna be
atitudo ītelligit̄ ꝓpter ſtabilitatē ꝛ pmanentiam
eterne felicitatꝫ. q̄ q̇dē terra fluit lacte. i. claritate
diuine cognitōis/ꝛ melle ſuauitate diuine fruitio
nis/quā nobis p̄ſtare dignet̄ q̇ ſine fine regnat in
celis deus benedict⁹. ¶ Intēdēs igit̄ ꝓ ꝯmunī
exhortatōne fideliū aliquā noticiā tradere dinoꝝ
p̄ceptoꝝ tria ſūt notāter p̄eligēda ¶ Primū reſpi
cit diuinoꝝ p̄ceptoꝝ diſtinctōez. ¶ Scōm reſpi
cit eoꝝ originē ¶ Tertiū āt eoꝝ traditōez ¶ Pro
pter pmū ē ſciēdū ꝙ diſtinctio p̄ceptoꝝ pt ſumi trib
bus modis. ¶ Pria diſtīctio ſumit̄ ex diuerſita
te ſtat⁹ ꝛ ſic q̄dā p̄cepta nos ordināt ī vita ꝯtēpla
tiua ſicut p̄cepta pme tabule/ꝛ q̄dā ī vita actia ſi
cut ſūt p̄cepta ſcd̄e tabule q̄ docent hoīes ꝟtuoſe
ꝯuerſari ꝛ q̇ere. ¶ Scd̄a diſtīctio ſumit̄ ex diuer
ſitate finis ꝛ ſic q̄dā p̄cepta finalit̄ nos ordināt in
deū ſicut p̄cepta pme tabule. q̄dā ꝟo nos ordināt
reſpectu ꝓximi ſicut p̄cepta ſcd̄e tabule. ¶ Ter
tia ſumit̄ ex obiecti formali diuerſitate q̄ in h̄ dif
fert a ſcd̄a. qꝛ iſta diſtīcte aꝓplicat. ſm̄ quā forma
lē ratōez vnūq̇dqꝫ p̄ceptū ordinet hoīez ī deū vl̄t

ꝓximū/qđ nō faciebat ſcđa diſtinctio. qđ ſic ē vi/
dere. Nā hō ordinať in deū ſm triplicē ratōnem.
¶ Primo q̇dē in obſeq̇o opis quod debeť diui/
ne ptāti. ⁊ hoc q̄ntū ad pſonā patrꝭ. ⁊ ſic ē ṗmū p̄
ceptū q̄ dr exodi. 20. Nō adorabis deos alienos
In q̊ p̄cepto ſm Auguſtinū includiť q̊dlibꝫ obſe
quiū opis deo neceſſario exhibēdū. ¶ Scđo in
reuerētia oris q̄ debeť diuine veritati q̊ ad pſonā
filij. ⁊ ſic ē ſcđm p̄ceptum. Nō aſſumes nomē dei
tui in vanū. ¶ Tertio in deuotōe cordis q̄ debeť
diuine bonitati q̄ntū ad pſonā ſpūſſcti. ⁊ ſic ē ter/
tiū p̄ceptū. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices.
Et ſic pꝫ q̄ rōne p̄ p̄cepta ṗme tabule hō directe
ordinať in deū. Per alia vero p̄cepta ſcđe tabule
hō ordinať ad ꝓximuꝫ duobꝫ modis. Primo in
bn̄ficētia. vt bona q̄ pt ꝓximo impēdat. ⁊ ſic ē q̄r
tū p̄ceptū. Honora patrē ⁊ matrē vt ſis longeuꝰ
ſup terrā exodi. 20. Scđo in innocētia vt nihil in
iuſte ſibi inferat nec in aliq̊ ſibi noceat. Proximo
aūt pt inferri triplex nocumētū/ſcꝫ cordis/oris/et
operis Opere aūt q̇s nocꝫ ꝓximo Primo q̇dē ī p
ſona ꝓpria. ⁊ hoc ꝓhibet q̇ntū p̄ceptū. Nō occi/
des. Scđo in pſona cōiūcta. ⁊ hoc ꝓhibet ſextū
p̄ceptū. Nō mechaberis. Tertio in exteriori ſub/
ſtātia ⁊ hoc ꝓhibꝫ ſeptimū p̄ceptū. Nō furtū face
es. Aut nocumētū oris ⁊ hoc ꝓhibet octauū Nō
falſum teſtimoniū dices Ubi ſm Auguſti. īplicī
te ꝓhibeť oē nocumētū oris reſpectu ꝓximi Ter
tiū nocumētū ē cordis. vt q̄n aliq̇s cogitat maluꝫ
cōtra ꝓximū. qđ duobꝫ modis cōmittiť cōtra ꝓxi

mū. Aut igit̃ ē respectu rei rational'. ꝛ hoc ꝓhibꝫ nonū p̄ceptū. Nō cōcupiſces vxorem ꝓximi tui. Aut ē reſpectu rei irrational'. ꝛ hoc ꝓhibet deci-muꝫ p̄ceptuꝫ cuꝫ dr̄. Nō cōcupiſces domum/ nō agꝝ nō ſeruum/ nō ācillam/ nō aſinuꝫ q̄ ꝓximi tui ſunt. ¶ Propter ſcd̄m ē ſciēduꝫ ꝙ ſm apoſtoluꝫ plenitudo legꝭ ē dilectio. iō dici p̄t ꝙ oīa p̄cepta ꝛ eoꝝ ipletio ſalutifera original'r emanant a radice charitatꝭ tāq̄ꝫ a ſuo fontali pn̄cipio ꝛ in ipaꝫ vlti-mate ordinant̃ tāq̄ꝫ in finē ꝛ terminuꝫ ꝯpletiuuꝫ. qd̄ pꝫ Nā p̄cepta pme tabule emanāt a dilectōe dei. ſcđa de ſcđo tabule a dilectōe ꝓximi qd̄ ē ſic vi-dere. Nā ꝑfecta dei dilectio mētē vnit diuīe ptātꝭ diuine veritati. ꝛ diuine bonitati. Cuiꝰ rō ē. qꝛ ex ꝑfecta dei dilectōe ſic hō vnit̃ deo. ꝙ oēs ſuas ac-tōes referti dei laudē ꝛ honorē ipiꝰ potētiā cū ob-ſequio venerādo q̄ntū ad mādatū pmū. Sil'r ꝑ eā oēs locutōes ſuas refert in honorē diuine ve-ritatis q̄ntū ad ſcd̄m mādatū. Et tertio ꝑ eā oēs ſuas actōnes refert ad honorē diuine bonitatis eidē ꝑ amorē ꝑfectū ſuauiſſime iherēdo/ q̄ntū ad tertiū. Qd̄ etiā alia p̄cepta ſeptē emanēt a ꝑfecta dilectōe ꝓximi ſic pꝫ. Conſtat eñ ꝙ quicūq̄ꝫ ꝓxi-mum ꝑfecte diligeret. ipm libenter honoraret et eius neceſſitatibꝰ ſtudioſe ſubueniret/ ꝛ nunq̄ꝫ ali-quod nocumentū ſibi nec corde/ nec ore/ nec ope-re inferret. In quo alia p̄cepta ſcđe tabule inclu-duntur vt pꝫ ex dictis. ¶ Propter tertiū eſt ſciē-duꝫ ꝙ p̄cepta decalogi poſſunt accipi. vl' vt data vl' vt innata. Si pmo mō ſic ſoluꝫ ꝑtinebant ad

populū iſrahelitícū cui fuerāt data diuinitus pro
mulgata. Si ſcđo mō ſic vniuerſaliter obligant
oēm hoīem. q2 ꝗcquid ꝯtinēt ꝑcepta decalogi ex/
plicite. hoc lex nature deſcripta in corde cuiuſlibꝫ
hoīs ꝯtinet īplicite. qđ pꝫ. Nā illud ꝑceptū legis
nature/ qđ tibi nō vis fieri. alijs ne feceris. īcludit
in ſe oīa ꝑcepta negatiua/ ſicut Nō occides/ Non
furtū facies. ⁊ huiuſmodi ꝗ Decalogus ponit ex
plicite. ſimiliter de ꝑcepto legis nature affirmati/
uo. Quibꝫ viſis. de forma cuiuſlibet ꝑcepti ſingu
lariter eſt agendum. Forma aūt cuiuſlibet ꝑcepti
pt diſtingui in tres ptes ꝑncipales ſcđm tres ex/
poſitōes cuiuſlibet ꝑcepti vt videbitur in ꝓceſſu

PRIMUM ꝑceptū appropiate reſpi/
cit pſonā patrꝫ ꝗntū ad volūtariū obſeq/
uium oīs operis qđ debeť diuine poteſtati
et hoc explicať cū dr. Nō adorabis deos alienos
Qđ ꝗdē ꝑceptū xp̄s exponit Math. 4. cū dicit
Dn̄m tuū adorabis/ ⁊ illi ſoli ſeruies. In ꝗ ꝗdeꝫ
euidēter pluralitas deoꝝ excludiť/ ⁊ vnꝰ ſolꝰ verꝰ
deus colendꝰ ꝑdicať. qđ tm̄ euidentiꝰ patꝫ Deu/
terono. 5: Audi iſrahel. dn̄s deus tuus vnꝰ eſt.

¶ Sciēdū ē aūt ſm Auguſtinū in eucheridion ꝙ
vnū ſolū veꝝ deū debemꝰ adorare ⁊ coleř tripliciť

¶ Primo quidem fide integra.

¶ Secundo. ſpe ſincera.

¶ Tertio charitate pfecta. ⁊ ſcđm hoc accipitur
triphariꝰ primi precepti intellectus.

¶ Propter pimum eſt ſciendū ꝙ fides dr integra
tripliciter. ¶ Primo q2 ī actu ſuo nō ē diminuta

¶ Secundo quia eſt operibꝫ bonis approbata: ¶ Tercio quia eſt caritate informata ¶ Primuꝫ patet. Nã fides ſcd̃m Auguſtinũ habet triplicē actũ. Nã vno mō fides credit deũ/cũ aliqs credit ipm eſſe primã cauſaꝫ oĩꝫ. Alioꝰ credit deo. ſicut q̇ credit ꝙ ipe eſt oĩps ⁊ ꝙ vnicuiqꝫ tribuit ſecundũ merita ſua. ⁊ iſti duo actꝰ ſũt impfecti ⁊ poſſũt etiam ipis demonibus cōuenire. Augꝰ. libro de fide ⁊ opibꝫ. qꝛ demones tremũt ⁊ contremiſcunt. Vnd̄ pñt elici a fide informi. Tertio fides credit in deũ. ⁊ iſte eſt actꝰ fidei perfectus ⁊ caritate informatꝰ. Quia ſcd̃m Auguſtinũ in deum credere. ē credendo ꝑ amorē in ipm ire ⁊ ei per fidem formatã tanqꝫ fini vltimo inherere. ¶ Scd̃o fides integra debet bonis operibꝫ eſſe approbata/⁊ per caritatē efficaciſſimã vitaliter informata. qꝛ fides ſine opibꝫ eſt ſicut cadauer mortuum ſine aĩa. Propter qd̄ ſcribitur ī canonica Jacobi. ⁊. Fides ſine operibꝫ mortua ē. Per iſtã aũt expoſitōeꝫ nō ſolũ dãnant̄ infideles nō baptizati ſicut iudei q̇ ī vnũ verũ deũ credunt ſcꝫ in meſſiã: ⁊ ſarraceni qui credunt in machometuꝫ. verũ etiã quattuor genera hoĩm baptizatoꝝ contra hoc ꝓceptũ peccantiũ. ⁊ per cōſequens dãnant̄. ¶ Primũ genꝰ eſt decipientiũ/ſicut heretici qui falſis ſurreptionibꝫ ſimplices in fide ſubuertunt q̇ etiã excōmunicati ſunt ipo iure. extra de hereticis Excōmunicamus. 2. Similiter ſortilegi ⁊ diuini: de quibus dicitur. extra de ſortilegijs. Ex tuarum. ꝙ qui inſpectiones ſortilegas faciunt/etiam ſi ex zelo ⁊ ſola ſimplicitate

h' faciũt: grauiſſimũ pctm̃ incurrũt. Et ſi ſacerdos
ex ſimplicitate h' fecerit: p annũ dꝫ ſegregari ab al
tarꝫ miſterio. Laicꝰ vo ſi h' fecerit: q̄dragita dieb9
a cõmuniõe fideliũ ꝑuet̃ ꝛ excõicet̃. Clericꝰ vo of
ficio ꝛ bñficio ꝑuari pt. vt pꝫ i decreto qđ ponit̃.
26.q.5.vbi dr̃. Nõ lꝫ xp̄iano gẽtiliũ traditões ob
ſuare vl' elemẽta colere. Itẽ Augꝰ.26.q.7. Non
obſuetꝫ dieſ q̄ dicũt̃ egyptiaci ꝗ kl'. ianuarij i q̄b9
cãdele q̄dã ꝛ q̄dã cõmeſtiões ꝛ dona adiuicez do
nant̃ q̄ſi i ꝑncipio boni anni fati augurio Aut ali
q̄s mẽſes ꝗ tp̄a vl' dies ꝛ annos nec lune nec ſtella
rũ curſuz obſuare ſoliſq̄ȝ i ꝯiugijs ſociãdis/nec in
herb' colligẽdiſ/nec i icãtatões liceat attẽdere. Oẽs
autẽ artes huiuſmodi ex q̄dam peſtifera ſocietate
hoĩm ꝛ demonũ q̄ſi pacta ĩfidel' ꝛ doloſe amicitie
a xp̄iano penitus ſtꝫ fugiende. Unde q̄ talibus
credunt aut ad iterrogandũ domus eorum ĩtrant
aut eos ĩ domos ꝓp̄as ĩtroducunt: ſciãt ſe fidez
catholicam ꝛ baptiſmum preuaricaſſe ꝛ pagãos
ꝛ apoſtatas ꝛ dei inimicos eſſe/ꝛ dei iram grauit̃
incurriſſe. Ad hoc genus infidelitatis reducit̃ ob
ſeruatio dici egyptiace ꝛ certaruz rotarum ꝓ mer/
cationibus faciendis ꝛ pro coniugijs ſociandis/ꝛ
herbis colligendis. vt pꝫ.26.q.5. Non lꝫ. vt i ſu/
periore decreto viſum eſt. Ut autem magis pate
at qñ tales actꝰ diuinatiõis ſtꝫ pctm̃ mortale ꝗ ve
niale: ſciẽdũ ꝙ actꝰ diuinatõis ꝛ ſortilegij pt q̄s tri
plicit̃ exercere. ¶ Primo credẽs ꝑ illũ actũ realit̃ aſ/
ſeq̄ qđ intendit/puta alicuius amorem vel furti re
uelationem/vel futuri euentus precognitionem.

Sicut quis cū qua cōtrahere debeat/qꝛ cū amoꝛ
hoīs dependeat a libera voluntate habituata cu
ius ſubeſt ſolū mot⁹ volūtati diuine atq̃ ꝓtāti. ⁊
ſimilit̄ reuelatio occultoꝝ ⁊ ꝑcognitio futuroꝛuꝫ:
certum eſt ꝙ cū credit talia poſſe aſſequi ꝑ actum
diuinationis: opoꝛꝫ ꝙ credat in illo actu aliquid
exiſtere diuini numinis/⁊ per conſequens fidem ⁊
baptiſmū hoc eſt veritatē ꝓfeſſam ī baptiſmo ab
negat ⁊ eſt deterioꝛ pagano: qꝛ cecidit a fide ꝓfeſ/
ſa qđ non fac̄ paganus ⁊ incurrit irā dei in ꝑpetu
um niſi peniteat. ⁊ hoc eſt grauiſſimū pctm̄ ⁊ moꝛ
tale. qꝛ coꝛrūpit fidē que eſt fundamentū toti⁹ edi
ficij ſpūalis. ¶ Secundo lꝫ non credat per illum
actū aſſequi realiter qđ intēdit: vult tn̄ curioſe ex/
periri/vtrum aliquid efficacie ſit in tali actu vl̄ nō
⁊ hoc iterū eſt moꝛtale/lꝫ non ſit ita graue ſic̄ ꝑmū.
Et rō huius eſt/quia talis eſt dubius ⁊ fluctuās
in fide poſtq̃ꝫ contra fidei firmitatem ⁊ veritatem
ꝓponit talia experiri que ſcit vel ſcire dꝫ per fidem
catholicam eſſe repꝛobata. ¶ Tertio modo ſi ſo/
la ſimplicitate vel leuitate talia exerceat. nihil ta/
men ī hoc credēs eſſe ꝟtutꝫ vel efficacie. nec etꝫ ex/
periri ītendat vtrum ī hoc aliqua efficacia exiſtat:
ſed ſolū ex leuitate coꝛdis ⁊ ſimplicitate hoc faciat
hoc videt̄ ſolum peccatum veniale maxīe quantū
ad laycos ⁊ ideotas Sed quantū ad clericos qui
ſcire tenēt̄ ħ eē iure ꝓhibitū: ſꝑ ē pctm̄ moꝛtale. qꝛ
iura determinant eos ꝑ annū cōmunione priuan
dos. qđ ſolum inducitur pꝛo peccato moꝛtali.
¶ Quātū aūt ad obſeruantiā dierū fati: ſciendū

ꝙ ſi certū tēpus obſeruet̃ in his actib⁹ q̄ dependēt
a cauſa naturali/puta ab influētia celeſti ſicut po/
tionis ſumptio/⁊ agri ſeminatio: h̄ nō ē idolatrie
ſ̄ ſagacitatꝭ ⁊ prudētie. Si v̄o hoc obſeruet̃ ī his
actib⁹ qui ſolū dependēt ab hoīs libero arbitrio/
vtputa mercatio/vxoris traductio/⁊ belli aggreſ/
ſio. cum ſola v̄tus diuina poſſit impedire ⁊ moue
re liberum arbitriū hoīs: oportet ꝙ qui tali inten
tione hoc exercent ꝙ credāt talib⁹ actib⁹ ineſſe ali/
q̄d diuini numinis. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑeccant mortaliter.
Ex premiſſis igit̃ patet ꝙ obſeruatio dieꝝ ⁊ tem/
poꝝ q̄nq; eſt idolatrie ⁊ infidelitatis/q̄nq; proui/
dentie ⁊ ſagacitatꝭ/q̄nq; eſt obediētie ⁊ neceſſita/
tis. vt pꝫ in feſtis colēdis ⁊ nuptijs ſm̄ ſtatuta ec/
cleſie celebrādis. Pꝫ etiā ex hoc ꝙ in talib⁹ actib⁹
et conſimilib⁹ neceſſe eſt hoī ꝙ ad diſcretū confeſ
ſoreꝫ recurrat ꝑ quē poſſit informari quādo tales
actus ſunt mortale pc̄tm̄ vel veniale ❡ Secōm ge
nus infidelīū qui tempore neceſſitatis etꝭ fidē ſim
pliciter deſerūt. vt pꝫ in ap̄lis fugientibus a xp̄o.
Vel qui fidē ſolū in corde ſeruare volunt licet ore
nō audeāt cōfiteri. qui ſine dubio ſm̄ hāc expōeꝫ
dānant̃. q̄ ſcd̄ꝫ apoſtolū ad roma. 10. Corde cre/
dit̃ ad iuſticiā: ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē. Et ideo
ſacramentū cōfirmationis dat̃ in frōte vt xp̄ian⁹
libere audeat cōfiteri nomē ieſu xp̄i. ❡ Tertium
gen⁹ in fide negligentiū qui articulos fidei negli/
gūt addiſcere cū poſſint et debeant eos ſcire. Sꝫ
nūquid laicus tenetur ſcire omnes articulos fidei
Ad hoc reſpondent doctores ꝙ ſcire articulos fi/

dei explicite eſt fidei iam probate vel prouecte que
ſolū requirit̄ in clericis. ſcire autē oēs implicite eſt
diminute fidei ⁊ p̄ cōſequēs mortale. Scire autē
quoſdā explicite ⁊ quoſdā implicite. hoc eſt fidei
neceſſarie. ⁊ tales ſūt articuli quoꝝ feſta celebran/
tur ī eccleſia puta xp̄i incarnatio/natiuitas/paſſio
reſurrectio/vel etiā quoꝝ vſus frequens eſt in ec/
cleſia. vt articuli de trinitate qui ex frequenti repe
titione vel celebratiōe ſciri p̄nt. Et quia in paruo
ſymbolo ap̄loꝝ paulo plus cōtinet̄ q̄ȝ tales articu
li: igit̄ videt̄ dicendū ꝙ quilibet chriſtian⁹ cum ad
annos diſcretionis peruenerit: tenet̄ diſcere ⁊ ſcire
illud ſymboluȝ. niſi vel eſſet doctoris impoſſibili/
tas/vel niſi ꝓhiberet ingenij tarditas. Vn̄ ad re
mouendū īpedimentū predictuȝ: ſtatuerunt iura
ꝙ patrini tenent̄ ſuos filios ſp̄uales īſtruere ⁊ do
cere ſymbolū ⁊ dn̄icā orōnē. vt pȝ p̄ decretū Au/
guſtini/q̄ ponit̄ de cōſec. di. 4. Vos ante om̄ia
¶ Quartū gen⁹ eſt extollentiū ⁊ p̄ſumptuoſe fidē
ſcrutari volentiū/q̄ nihil volunt credere niſi poſſit
eis ratione lucida demonſtrari/⁊ plerūq; in erro/
rē labunt̄ Exemplū in Auguſtino q̄ volebat hūa
na ratiōe oīa cōprehēdere. ⁊ tales mortaliter pec/
cant/⁊ meritū fidei p̄dūt. q2 ſm̄ Gregoriū. Fides
nō habet meritū: cui hūana ratō p̄bet experimen
tū. Vn̄ hāc p̄ſumptuoſaȝ p̄ſcrutatiōeȝ prohibet
ſapiens. Eccle. 3. Altiora te ne queſieris ⁊ fortio/
ra te ne ſcrutat⁹ fuer. Et q̄ ſcrutator eſt maieſtat
opprimet̄ a gl'ia. Et ideo dicit Bernardus. fidē
p̄ſumptuoſe inueſtigare. temeritas eſt credere pie

tas noſcere vita et'na eſt. Et hec ẽ p̃ma expoſitõe
¶ SECUNDO adorab ſpe ſincera totam
ſpez tuã ponẽdo i ip̃o deo. Et h̃ rõnabilit' Digne
nãq̃ hõ in ip̃o totã ſuã ſpez ponit/ſine q̃ nõ p̃t ad
momẽtũ ſubſiſtere/nec aliq̃d boni opari Joãnis.
15. Sine me nihil poteſtis facere Et q̃ ex ingenita
bonitate tibi i nll'a neceſſitate vnq̃ nouit deficere
Vñ ſup illõ Math. 14. Ego ſuz: nolite timere.
dic̃ glo. ego ſuz q̃ i oĩ neceſſitate vob patne ſp aſſi
ſto/ꝛ nũq̃ iuocãtib9 vob deeẽ potero. ideo ſcribit'
Eccleſiaſtici. 2. Quis ſpauit i dño ꝛ derelict9 ẽ ab
eo ꝛc. ¶ Sciẽdũ aũt q̃ ſcõm duplicẽ ſpem duplex
ẽ adoratio/ſiue cult9 diui9. Nam quedaz eſt ſpes
ſalutis ꝛ hec in ſolo deo ponenda eſt/ꝛ ideo ſolus
adorat' adoratiõe latrie. ꝛ imago eius ꝛ corp9 xp̃i
rõne ipoſtatice vnionis. Latria eſt ſeruitus ſiue
cultus reuerenter deo exhibitus. ¶ Alia eſt ſpes
ſuffragij que põt haberi i creatura digniſſima vt
in virgine glorioſa. ꝛ ideo ip̃a adorat' in q̃ntum eſt
perſona ſancta adoratione dulie. que eſt honor q̃
debet' creature in q̃ntuz eſt imago dei/ſic̃ ſanctis.
Sz i q̃ntũ ẽ mr̃ dei adorat' adoratiõe iperdulie q̃
iportat excellẽtẽ cultũ veneratõis Põt et' h̃ ſpes
poni i aliq̃ ſctõ i cel'vl'et' in mõo p cui9 orõnẽ cõ/
fidimus adiuuari. Et talis adoratõ proprie dici
tur dulia. Per hanc expoſitionẽ dãnant' quidaz
heretici qui prauis ſuggeſtionibus homĩes a ſan
ctorũ veneratione pniciose retrahunt dicentes q̃
nec beata Virgo/nec aliq̃s ſctõrũ debeat adora
ri/quia ad impetrandũ effectum gr̃e vt dicunt in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nullo poſſumus adiuuari p ipos cũ ſol⁹ ds ſit cau
ſa effectiua grẽ. quod qdẽ dictum eſt nephanduꝫ
ꝛ hereticuꝫ. Licet em̃ ſolus de⁹ ſit cauſa effectiua
grẽ: ſancta tamen virgo ꝛ ceti ſancti meritorie ꝛ p
modũ ſuffragij deprecatiui poſſunt eſſe cauſa grẽ
Et eſt notandum ꝙ ex iſta expoſitione iudei nos
de idolatria calunniant̃ obijcientes nobis illud.
Exodi. 20. ꝛ ſimile habes Deutero. 5. Non faci/
es tibi ſculptile/ nec adorabis ea neqꝫ coles. Ad
qd dõm ẽ ꝙ nõ adoram⁹ imaginẽ vt qdã res ẽ qꝛ
h eẽt idolatria/ ſꝫ inqñtũ imago ẽ ſignũ alicui⁹ rei:
Et qꝛ idẽ ẽ motus q qs fert̃ ad imaginẽ inqñtũ ſi
gnũ ꝛ i ipaꝫ rẽ c⁹ ẽ imago. idõ ꝛ eadẽ ẽ adoratõ q̃ ve/
neramur ipſam imaginem ꝛ rem cuius eſt imago
Sed ad hoc obijciunt ꝛ dicunt ꝙ in lege veti nũ/
qꝫ fuit vſus imaginũ que tamẽ figura ẽ noue leg̃
ergo nec in noua lege dꝫ eſſe. Ad qd eſt dicenduꝫ
ꝙ quia deus in lege veti non fuit humanat⁹ nec
hõ fact⁹. ideo tunc nec debuit habere figuram vl̃
imaginẽ. Jtẽ dicũt ꝙ in noua lege nunqꝫ inuenit̃
expreſſe de imaginibus. ideo videt̃ ꝙ non ſũt tra/
ditiones diuine ſed humane fictiones. Ad quod
dõm eſt. ꝙ formationes imaginum non ſunt no/
ue adinuentiones/ ſed traditiones aplice ꝛ diuĩe:
quia dicit Aug⁹. libro de ciuitate dei ꝙ chriſtus
pannũ proprie faciei ſuppoſuit ꝛ figura ꝓprie faci/
ei impreſſit ꝛ regi ab agaro trãſmiſit. Btũs etiaꝫ
Lucas dicit̃ depinxiſſe imaginẽ chriſti ꝛ etiã ſcul/
pſiſſe imaginem beate Marie virgis que ambe
rome habent̃. Fuerũt auteꝫ imagines introducte

ꝓpter tria. Primo ꝓpt' ſimpliciū ruditatē; vt qui
neſciūt legere in codice: ſaltim legāt ī pariete. Se
cūdo ꝓpter affectuū tarditatē. vt q̄ ad deuotōem
nō ꝓmouent' ex audit⁹ ſaltem moueantur ex viſis
Tertio ꝓpter memorie labilitatē. vt ſi a memoria
labantur audita ſicut ſepe ꝯtingit qđ per vnā au/
rem intrat: per aliam exit. ſaltem memoriter tene/
ant viſa ꝛ preſentialiter depicta.

¶ TERTIO ADORABIS CA/
ritate pfecta ex toto corde/ꝛ ex tota anima tua de
um tuū; diligendo/omnem actum dilectioni ſue
contrarium abijciendo Qđ confirmat glo. Exo.
20. que ſic dicit. Sciendum ꝙ cōtra hoc manda/
tum ſeruare decreuer⁹/habere ſe; ꝛ colere vnū deū
tm̄ ſicut ī baptiſmo ꝓmiſiſti: hoc ē velle renunci/
aſſe oīb⁹ his q̄b⁹ ī baptiſmo renūciaſti ꝛ contradi
xiſti ſolū ꝯfitēs patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ ſanctum. Sed
niſi toto corde cū hoc diligam⁹ deu; noſtru; tota
aīa ꝛ tota ꝟtute ei adherentes: non ſum⁹ ꝑticipes
dei noſtri. Vn̄ talib⁹ dicit' neſcio vos ¶ Sed hic
incidit rōnabilis dubitatio. Vtrū aliquis in hac
vita poſſit mandatū dilectōnis implere. Diliges
dn̄; deū tuū ꝛc. Ad quod dicendū eſt ꝙ pfectio
dilectionis poteſt ſumi dupliciter. Primo vt ex/
cludatur oīs actus extrane⁹. ꝛ ſic nō pōt comple/
ri in iſta vita. vt homo ſemp deum actu diligat ex
toto corde/id eſt intellectu ſine dubitatione. ex to/
ta mente: id eſt actuali memoria ſine obliuione et
ex tota aīa. id eſt voluntate plena ſine retractione
hoc enim non patitur fragilitas preſentis ſtatus.

¶ Secundo vt excludat oīs act⁹ cōtrari⁹ chari-
tati. ꝛ ſic pt impleri in vita. qꝛ charitas pt eſſe ita
perfecta in hac vita ꝙ oēm actū peccati mortalis
excludat Qualiter aūt hō ad charitatis tātā pfe-
ctionē excreſcat ꝙ nūꝙ̄ mortaliter peccet. dicēdū
ꝙ hoc potiſſime ꝯtingit exinde ꝙ hō pfecte incor-
poratur charitati chriſti. ¶ Ad quod p-
fecte intelligendū duo ſunt declarāda. ¶ Primo
q̄liter imago charitatis xpi fuerit formata/ ꝛ q̄b⁹
coloribꝫ fuerit inſignita. ¶ Secundo qualiter
ſue charitati tanꝙ̄ forme chriſti exēplari debem⁹
imprimi ꝛ ei pfecte pro modo nobis poſſibili con-
formari. ¶ Propter primū ſciendū eſt ꝙ for-
ma ꝛ imago charitatis chriſti fuit triplici colore i-
ſignita. ¶ Primus color poteſt dici humanus.
Secundus celicus. Tercius diuinus. Primus
color eſt virtualis efficacie Secūdus gratialis ef-
fluentie. Tercius ſupernaturalis exiſtentie. De
pmo patꝫ Nā gradus ſui amoris menſurabat̄ ex
tota virtute aīe ſue ꝛ oīm virīū ipſi⁹/ ꝛ ex tota ꝟtu-
te cordis ſui/ ꝛ ſecundū vltimū poſſe toti⁹ aīe/ toti-
us corporis/ ꝛ totius virtutis eius ſecundum ca-
pacitatē ſue nature. Et ideo iſte color dicit̄ ſignā-
ter eſſe virtualis efficatie. De ſcd̄o patꝫ. Nam ſue
charitatis grad⁹ menſurabat̄ ſm̄ vltimaꝫ pfecti-
oneꝫ oīs grē ꝛ oīs ꝟtutis/ ſiue ſit grā gratis data
ſiue grā gratū faciēs/ vl' etiam grā vnionis. Oēs
eīm iſtas grās ꝛ oēs iſtas ꝟtutes ꝛ oīa dona ad
pfectionē ptinētia. xps in ſūmo habuit. Et ideo
ſcribit̄ Joannis 2. ꝙ nō fuit ei datus ſpūs ad mē-

ſuram. Quod nõ eſt intelligendum ꝙ gratia ſcꝫ
chriſti ſimpl'r fuerit infinita q2 ſic nõ eẽt creata. ſ;
q2 nõ accepit grãm ad mẽſurã alioꝝ hoim vl' etiã
ãgeloꝝ/ ſ; longe excellentiorẽ. q2 ipe tãto excellẽti/
or ẽ ãgelis effect⁹: q̃to differenti⁹ pre illis nomẽ
hereditauit Ad hebreos .i. Jñ eſt etiã ꝙ grã xpĩ
ðr grã capitis. q2 ſicut in capite ẽ plenitudo oim
ſenſuũ/ in alijs aũt mẽbris eſt ſolũ ſenſus tact⁹ .ſic
in xpo fuit ois plenitudo grẽ .in alijs ãt ſãctis fu/
it gratia limitata ⁊ ad certam ſpeciem ſiue ad cer/
tum modum habendi terminata. Sicut etiam
a capite membri influitur mot⁹ ⁊ ſenſus. ſic a gra
tia xpi nobis influit ſenſus deuotõis ⁊ mot⁹ bo/
ne operatõis Et ideo ſignãter iſte color ðr grãlis
affluentie. q2 ſua grã oẽm pfectõem grẽ ꝯphẽdit
¶ Tertio pz. Nã tanta fuit excellẽtia charitatꝭ
xpi ꝙ nõ ſolũ mentẽ ipſius inſepabiliter ꝯiũgebat
ipi deo. verũetiã totã humanã naturaꝫ inſepabi
liter vniebat diuino ſuppoſito, Et ex hoc fuit tres
ꝑrogatiuas nobiliſſimas ꝯſecut⁹. ¶ Prima eſt
q2 eſſe naturalis ſubſiſtentie ipſius humane natu
re eſt eſſe pſonale ⁊ ipoſtaticũ ipſius verbi diuini.
¶ Secunda eſt q2 ex hoc chriſtus dicitur filius
dei etiã ſm naturã humanã q2 naturaliter exiſtit
in eſſe diuino ⁊ ipoſtatico qð ẽ ꝓpriũ filij ſm na/
turam. ¶ Tertia eſt q2 ois honor ⁊ cult⁹ latrie q̃
exhibet ipſi deo. etiam ſm humanam naturam
cõpetit ipi chriſto. Et ideo ðr apoſtol⁹. Adorẽt
eũ oẽs ãgeli dei. Et ideo bene dictũ ẽ q2 ille color
dicitur diuinus/ q2 ſue charitatis perfectio potiſ/

ſime menſuratur ab eſſe ipoſtatico ꝛ diuino.
¶ Propter tertiũ ſciendũ eſt ꝙ iſti forme exẽpla/
ri debem⁹ tripliciter ꝯformari. ¶ Primo in hoc
ꝙ hõ tenet̃ ex charitate deo viuere/ꝛ ei ſolũ place
re ſ̃m vltimũ poſſe ſue cognitõis/affectõis/ꝛ opa
tionis: ita ꝙ in exteriori ꝯuerſatõe tã lucida exem
pla ſanctitatis p̃tẽdat ꝛ in interiori mẽtis illuſtra
tione tã in decore gratie p̃fulgeat ꝙ veraciter ſibi
ꝯueniat q̃d de vnigenito ſcribit̃ Math.17. Hic
eſt fili⁹ meus dilect⁹ in q̊ mihi bene ꝯplacui. Ta
lis em̃ hõ efficit̃ ſpeculũ ꝛ exẽplũ recte viuẽdi oĩb
ecũ ꝯuerſantib.quia ipe ſuo exẽplo ipos regit ꝟtu
aliter ꝛ allicit dulciter ad viuẽdũ ꝛ placendũ deo
ſoli. Et de talib ſcribit̃ Iſaie.61. Oẽs qui vide/
rint eos cognoſcent eos/id eſt approbabunt vitã
et ſanctitatem conuerſatõnis eoꝝ dicent/quoniã
hoc eſt ſemen cui benedicit dominus. ¶ Secun
do in hoc ꝙ homo ex charitate deo viuat ſ̃m oĩa
dona virtutum ꝛ gratie que ab ipo recepit. Hec
em̃ anima debet ꝑ deuotã gratiaꝝ actõez in deũ
refundere/nihil de huiuſmodi ſuis meritis vl̃ vi/
ribus aſcribendo: ſed omnia in p̃mam venam di
uine largitatis humiliter referendo/vt ex hoc iflu
entia donoꝝ ꝛ gratiarum ſibi largius augeat̃ Et
hoc innuit ſubtiliter Salomon cum dicit Eccle/
ſiaſtes p̃mo. Ad locum vnde exeunt flumina. re/
uertuntur vt iterum fluant. quia ꝑ hoc ꝙ homo
dona gratiaꝝ per humilem recognitõnem in deũ
refundit. ſibi fluxus gratie copioſius ampliatur.
¶ Tercio ĩ hoc ꝙ homo ex charitate deũ diligat

ſm oēm modū ⁊ formā quo ipe eum pmo dilexit Conſtat em̄ q xps dilexit hoiez fortiter/dulciter et conſtanter. Fortiter quidē. q2 tāto amore et tā ſitibūdo deſiderio noſtrā ſalutē appetiuit. q corā Pylato ſtās ad interrogata noluit reſpōdere. ne ex reſpōſione data plongaret̄ tēpus ſue paſſiōis et noſtre redēptionis. Dulciter q̄q3. q2 tā prōpto affectu et leta mēte ex caritatis dulcore/p nobis paſſus eſt. acſi paſſionis acerbitatē ⁊ amaritudi/nem ⁊ ex pbratōis calamitatē ſibi ſummas deli/cias reputaret. Cōſtāter vero. q2 tam pſeuerāter nos dilexit. q vinculū amoris nūq3 ad momētuz diſſoluit. qd pz p hoc q2 vnionē ſui cū natura hu/mana nec pter mortis acerbitatē/nec pter pe/nax atrocitatē/⁊ opprobrioꝝ multiplicitatē vnq3 ad momētū voluit ſeparare. Et ideo Leo papa dicit q tāta fuit illa vnio. q nec penis/nec oppro/brijs potuit ſepari/nec morte diſſolui. Sic ⁊ tu ſi velis ipmi forme exēplari ſue dilectōis. debes ip/ſum diligere ardenter. ita q ardor ſue dilectōnis oēm trāſitoriā affectōnem in te abſorbeat ⁊ adeo dulciter q in dulcore ſue dilectōis tibi oīs aduer/ſitas trāſitoria dulceſcat. Et adeo pſeueranter/q res nulla trāſitoria te ab ipi9 amore euellat. dicēs veraciter cū aplo. Quis nos ſepabit a charitate xpi ⁊c. Sic ergo pz tercio quomō xpm debeamus adorare charitate pfecta. ¶ Sed eſt ſciendum q ɔtra iſtud pceptum faciunt guloſi/ſuperbi/⁊ cupi/di. Nam ſuperbus pro deo colit vanam gloriam cupid9 pecuniā. guloſus vētrē/ſiue vētris inglu/

nię. Vñ apoſtolꝰ ad Ephe. 5. dicit ꝙ auaricia ē idoloꝝ ſeruitus. Et de guloſis dicit̄/quoꝝ deꝰ vē ter ē Philipp̄. 3. Nã hoc eſt regulare ſm Augu/ ſtinū ⁊ Hieronimū ꝙ illud qđ vnuſquiſqȝ ſupra deū vł eq̄liter deo diligit. ꝙ hoc ſibi ꝓ deo ſit q̄ꝫ/ diu illud diligit ⁊ ꝓ deo ſibi ꝯſtituit Sȝ ē ſciēduꝫ ꝙ ſupbia in triplici genere pro deo ꝯſtituit̄ ⁊ coli/ tur. quãdoqȝ eīm ſupbia in pōpa ſingulari exerce tur. ſicut in ꝯuiuijs/in torneamentis/⁊ in veſtibꝫ p̄cioſis. ⁊ hoc eſt mortale ſi fiat ꝓpter pōpam vel oſtentatōem. aliter nō. puta ſi fiat ꝓpter exercitū militare/vel vt homo decenter alijs conuiueret. q̄ȝ quãdoqȝ etiam exercetur in ꝟtutibus ⁊ religio ſis actius. Et illa ſm Auguſtinum eſt deterior p̄ma/eo ꝙ magis decipit ſub religiōis ſpecie. Et hoc ꝯtingit quattuor modis Primo cū q̇s bonū qđ hȝ a ſe hr̄e eſtimat. ſicut fecit phariſeꝰ publica no ſe p̄ferēs Luce. 18. Secundo cū hoc datum credit ꝓ ſuis meritis ſibi erogatū. Tercio cū q̇s iactat ſe hr̄e qđ nō hȝ. tñ ſibi datū putat. Quar/ to cū abiectis ceteris ſinglariter vult videri Hec glo. ſuper illud Luce. 18. Duo hoīes. ⁊c̄. Qñqȝ vero exercet̄ in ſacramētis. ſicut cū q̇s ꝑ ꝯtēptū et inobediētiã ſe abſtinet a ꝯmunione ⁊ nō ꝯfitetur tpe ſtatuto ab eccleſia Et ſi hoc ex temeritate fiat peccatū mortale eſt. nō aūt ſi fiat ex obedientia et reuerentia ſacramēti. Generaliter aūt contra iſtō preceptum faciunt qui confitent̄ deum ore: factꝫ aūt ipm negant. De q̇bꝫ dn̄s ꝯquirit̄ Iſaie. 29. Populus hic labijs me honorat. cor aūt eoꝝ lon

ge eſt a me. Ex iſtis patet qualiter ſit ↄfitendum
de tranſgreſſione huiꝰ p̄cepti. Et p̄mo de prima
expoſitōe. Si q̄d contra deū deliquiſti corde aliq̄
ↄtra fidē ſentiēdo vł' tenēdo. Ore. aliq̄ ↄtra fidez
dicendo vł' veritatē doctrine fidei deridēdo ſiue
ſubſannādo. Opere. incātatōes exercēdo/vł' ex/
ercētibꝫ fidē adhibēdo dies egyptiacos ⁊ certas
lunatōes ſupſticioſe obſeruando. verā fidē debi/
liter tenēdo ⁊ eā ꝑ vitalia opa nō exercēdo/vł' etiā
articulos fidei negligenter addiſcēdo. ¶ Itez
de ſecūda expoſitōe Si in aliq̄ bono creato ſpem
tuā poſuiſti Si ꝑ nimiā ſolicitudinē ſpez tuā a di
uina ꝓuidētia ſubtraxiſti. Aut ſi alios v̄bo vł' ex
ēplo a ſpe diuini adiutorij retraxiſti. ⁊ ꝓ ſpe eter/
ne ſalutis ⁊ diuini ſuffragij nō oraſti. ſꝫ potiꝰ ꝓ ſa
nitate vł' vtilitate aliqua corporali. ¶ Item de
tertia expoſitione. Si aliquid vltra deū dilexiſti
vel etiam ſi actōnes tuas p̄ciſe in eiꝰ amorē vł' ho
norem nō ordinaſti/vel ſi vitā tuā exemplari ſue
dilectōnis conformaſti. ⁊ breuiter q̄cquid contra
charitatē deliquiſti Ex q̄bꝫ etiam patere p̄t ꝙ ne
ceſſariū ſit cuilibet ad diſcretū ↄfeſſorē recurrere.
ꝑ quē de p̄dictis valeat informari plenarie.

SECUNDUM p̄ceptum. Nō aſſu/
mes nomē dei tui ī vanū Exo. 20. vbi ſm
Auguſtinū ꝓhibet iuramentū friuolū et
etiā ꝑiuriū. Vterqꝫ em̄ ⁊ q̄ ꝓ nullo iurat ⁊ q̄ falſe
iurat aſſumit nomē dei ſui ī vanū Qꝛ p̄mꝰ ſine cā
noīat ſūmā veritatē. Scōs aūt ↄtēnit eā ꝑ iurā/
do. Et hoc p̄ceptum tripl'r exponit. ¶ Primo

de tranſgreſſione iuramēti vt ſit ſenſus Nō aſſu
mes nomē dei tui in vanū. execrabiliter ſcȝ iuran/
do/vl' etiā piurādo. Circa qd ſunt tria p ordineȝ
declarāda. ¶ Primū ē qliter ꝛ qbꝰ modis iſtud
pceptū male iurando violetur. ¶ Secundū eſt
q ſunt attēdēda in hoc ꝙ aliqs licite ꝛ ſine pecca/
to poſſit iurare/vl' iuramētū recipere. ¶ Tertio
vidēdum eſt que ſunt illa p q quis a peccato per/
iurij merito retrahatur. ¶ Propter pmum ſcien
dum ē ꝙ nomē dei in vanuȝ aſſumitur male iurā
do tripliciter. ¶ Primo quidem iurando vane
et inutiliter/ꝛ hoc fit diuinam veritatem ſine cau/
ſa nominādo ꝛ obteſtādo. ¶ Secundo iurando
doloſe ꝛ fraudulenter. vt ī cōtractibus ꝓximum
decipiendo ꝛ iurando rem tuā meliorē eſſe qȝ ſit.
vl' plus ꝯſtare qȝ fecit. ¶ Tertio iurando teme/
rarie ꝛ pertinaciter. ꝛ iterum fit tripl'r. ¶ Primo
execrabiliter iurādo. vt cum aliqs iurat p viſcera
dei/vl' itestina/vl' p pulmonē ꝛ huiuſmodi. ſicut
cōmuniter faciunt flamingi. ¶ Secūdo irreuerē
ter iurando. vt cum quis ſine cauſa iurat p quin/
qȝ vulnera chriſti. Hec em̄ iuramenta qntūcūqȝ
ſint vera. ſunt illicita. qꝛ pmum ſonat in dei blaſ/
phemiam eo ꝙ aliquid deo aſcribitur quod non
conuenit ſue dignitati. ſecundum āt ſonat in dei
irreuerentiā/quia magna eſt deo irreuerentia ſua
vulnera precioſa in vanuȝ aſſumere. vnde nobis
tota ſalus effluxit. ideo ſi talia iuramenta ex deli/
beratōne fiant. ſunt peccata mortalia. ¶ Prop/
ter quod in quibuſdam locis talia iuramenta ſic

ſunt reſtricta. ꝙ q̇cūq3 deū talib9 offendit/aurē vl'
digitū/vl' etiā qñq3 linguā amittit. Si aūt talia
fiant ex curſu lingue ⁊ indeliberate ſunt venialia
ſicut ⁊ p̄mi motus infidelitatis. ¶ Tercio per
iurando ſcienter. ⁊ veritatē diuinaꝫ ꝑtinaciter cō
tēnendo. ⁊ hoc etiā ſcḋm theologos ⁊ etiā iuriſtas
ꝯtingit quattuor modis Et in q̇libet eoꝝ ꝑiuriū
ꝯmittit᷑. ¶ Primo cū q̇s iurat ſciēter falſuꝫ ⁊ hoc
eſt ſemꝑ peccatū mortale/ſec9 q̇ ignoranter hoc fa
cit putās eſſe veꝝ qḋ iurat. Et nō ſolū q̇ ꝑiurat/ſꝫ
etiā ille q̇ diſponit plena volūtate iurare/etiā an/
teq̄ꝫ ꝑiuret videt᷑ eſſe ꝑiurus cēſendus. q2 de9 nō
iudicat ex operibus ſꝫ ex cogitatōnibus vt'.22.q.
vltima in decreto. Sciendū tn̄ ꝙ ꝑiuriū ſolēniza
tū ⁊ deliberatū eſt grauiſſimū peccatū Vñ̄ ꝑ tres
digitos quos ponit ſuꝑ ſanctos libros ſignatur ꝙ
corp9 et animā ⁊ res ſiue famā ponit in poteſtate
dyaboli. Deliberatū aūt iuramētū ſꝫ nō ſolēniza/
tum ſi tn̄ furioſe iuret ⁊ plene deliberet tūc ē pctm̄
mortale. Si aūt hoc facit vl' fiat ſolo curſu verbo
rum nō ſolēnizatum nec deliberatum eſt peccatū
veniale. ¶ Secundo mō dicit᷑ ꝑiurium iuratio ī
diſcreta ſiue dubia. vt cum quis iurat de quo du
bitat an ſit verum. ⁊ hoc ſi fiat ex deliberatōne et
propoſito. ſic eſt peccatum mortale. ⁊ maxime qñ
eſt ſoelnnizatum. Si aūt fiat incaute et iocoſa le/
uitate. ſic eſt peccatum veniale. ¶ Tercio dici/
tur peiurium iuramenti tranſgreſſio. aut igitur
iuramētum eſt illicitū vt cum quis iurat nō dare
elemoſinam. ⁊ ſic fit ꝑiurus ipo facto/⁊ peccat nō

dando ⁊ iurādo/ſed nō peccat cōtraveniēdo. Or
ſm Iſidorū.22.q.4.Qđ incaute vouiſti nō faci/
as impia eſt em̄ ꝓmiſſio:q̄ ſcelere adimplet.ī ma/
lis ꝓmiſſis reſcinde fidē/⁊ in turpi voto muta de/
cretū. Aut ē licitū. vt cū q̄s iurat ꝙ nolit ludere ꝓ
poculento vel eſtulento. ⁊ ſic ſemper mortalit̄ pec
cat quotienſcunqꝫ ludit. Si autē quis iurat ele/
moſinā dare/vel ieiunare/vel peregrinari: tunc ſi
tranſgreditur ex neceſſitate vel impotentia: a plu
rio excuſat̄. Si autē ex voluntate periurus efficit̄
extra de iureiurando. querelam. ⁋ Quarto mo/
do dicit̄ periurium receptio iuramēti. Qui enim iu
rat ⁊ periurare compellit: vterqꝫ periur⁹ eſt vt pa/
tet.22.q.5.ca.pmo. Qui cōpulſus. Cuius ratō
eſt. Qui em̄ aliquē cōpellit ad iurandū ⁊ ſcit eum
falſum iurare: vincit homicidā. qꝛ iſte occidit cor/
pus: ille aīam/īmo duas aīas/ſcꝫ illi⁹ q̄ falſuz iu/
rat ⁊ ſuā ipſius qui recipit. Vt pꝫ.22.q.5.capitu/
lo. Qui exigit. ⁋ Propter ſcdm ſciendū eſt ꝙ ad
hoc ꝙ aliquis poſſit licite exigere vel iuramentuz
recipere: conſiderandūz eſt ꝙ exigens iuramētum
aut eſt perſona publica vtputa iudex. et ille non
peccat. quia tenetur ex ordine iuris iuramentum
recipere ſiue ſit veruz ſiue falſum Aut eſt perſona
priuata: ⁊ tunc aut exigit ad obligationis confir/
mationem: ⁊ hoc fit ſine peccato. Aut ad veritat̄
ſubuerſionez. vt cū ſcit eū falſum iurare: ⁊ ſic mor
taliter peccat. Aut ad dubitationis remotionez.
vt quando ꝓ re litigioſa iuratur. ⁊ ſic nō peccat iu
ramentū exigēs cū ſit finis ꝯtrouerſie. vt ſcribitur

ad Hebreos. 7. Põt etiã aliq̄s ꝓbare ĩnocẽtiã ſuã
iuramẽto ⁊ dʒ ſibi credi niſi ↄ̃triũ poſſit ꝑ teſtes cõ/
uinci fide dignos. Ad h̄ aũt ꝙ aliq̄s poſſit ſine oĩ
pctõ iurare ⁊ iuramẽtũ recipe: tria reqrunt̄ ¶ Pri
mo v̄itas ex parte ↄſciẽtie. ¶ Scdõ iuditiũ. i. di/
ſcretio ſiue deliberatio ex parte rõnis. ¶ Tertio
iuſtitia ex ꝑte rei iurãde. i. ꝙ illꝺ qꝺ iurat̄ ſit iuſtũ ⁊
licitũ. Et p̄dicta tria ſʒ Hieronimũ dicunt̄ comi
tes iuramẽti quia debent comitari quodlibʒ iura
mentum licitum ꝓut notauit idez Hiero. ſuper
Jeremiã. et. 22. q. 2. Aĩaduertẽdũ ẽ ꝙ iuſiurãdũ
habeat hos comites v̄itatẽ iuditiũ atqʒ iuſticiam
Si aũt iſta defuerint: neq̄ q̄ʒ iuramentũ erit ſʒ ꝑiu
riũ. Jtẽ q̄ falſuʒ iurat mẽtit̄. Mẽtiẽdo aũt iurare
nihil aliꝺ ẽ q̄ʒ deierare. i. ꝑiurare ſiue ꝑiuriũ com/
mittere. ¶ Propt̄ tertiũ ẽ ſciẽdũ ꝙ q̇libʒ merito a
ꝑiurio dʒ retrahi ꝓpt̄ tria mala q̄ ex ꝑiurio ĩcurritꝰ
⁊ ſil'r ꝓpt̄ tria bona q̄ ex ꝑiurio amittimꝰ. ¶ Pri/
mũ malũ ẽ penitẽtie auſteritas. qꝛ ſm canones ꝓ
ꝑiurio manifeſto ⁊ ſolẽnizato: dʒ iponi penitentia
ſeptẽnis. vt pʒ ꝺ illo q̄ deierat/id eſt/valde vel fir/
mit̄ iurat. 22. q. 5. vbi ſic h̄r. Si q̄s ſe ꝑiurauerit.
¶ Scõm malũ ẽ reatꝰ imanitas. qꝛ ſʒ Hoſtien.
hoc crimen in penitẽtia cõparat̄ homicidio volun
tario. imo ſm Auguſtinũ. 22. q. 5. Qui cogit ali/
um iurare duplici ratione ſuperiꝰ tacta vincit ho/
micidã. ¶ Tertiũ maluʒ eſt fame irrecuperabili/
tas. qꝛ periurꝰ infamis efficitur/vt poſtea q̄ntũcũ
q̄ʒ peniteat: in teſtimoniũ non admittitur. Extra
de teſti. ca. Teſtimoniũ. ⁊ ca. Sicut. Sũt etiam

tria bona q̄ p̄iurio amittim⁹. Amor nāq̄ verita/
tis tria bona facit quib⁹ hō ex p̄iurio denudatur.
¶ Primū bonū eſt q̄ amor ꝛ cōſeruatio veritatis
hoīem a ſeruitute liberat. Vñ ſcribit̃ Joānis. 8.
Si filius vos liberauerit vere liberi erit̃. Si mā
ſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei eritis et
cognoſcetis veritatem ꝛ veritas liberabit vos. glo
ſa. In preſenti veritas fidei liberat a ſeruitute cul
pe in quo inchoatur libertas ꝑa. Et ī futuro a ſer
uitute miſerie quando ip̄a creatura liberabit̃ a ſer
uitute corruptionis/in libertatem glorie filiorum
dei. vt habetur Ro. 8. Et tunc libertas perficie/
tur quia anima erit ſubiecta ſoli deo in quo conſi/
ſtit eius libertas. Propter quod dicit Auguſtin⁹
Voluntas tua erit libera ſi fuerit pia. Pia autē
eſt ſeruitus dei: ꝛ corpus erit ſubiectum omnino
aīe per dotes glorie. ¶ Scōm bonum eſt q̄ con/
ſeruatio veritatis ipſum hominem omnib⁹ donis
ꝛ virtutibus fecūdat. Eccleſiaſtici. 24. Penetra/
bo oīes inferiores partes terre ꝛ illuminabo om
nes ſperantes in dño. ¶ Tertiū bonū ē q̄ hoīē
de adeptione beatitudinis aſſecurat Sapieñ. 6.
Concupiſcentia ꝛ amor ſapiētie perducit hoīem
ad regnū perpetuū. Sed hoc eſt notāter ſciendū
q̄ ex illo qd̄ xp̄s dic̄ Mathei. 5. Ego vobis dico
non iurare oīno: quidā ſimplices ſumpſerunt oc/
caſionem erroris ſic intelligētes q̄ xp̄s inhibuerit
oē iuramentū tanq̄ oīno illicitū. ꝛ hoc multi here
tici ſenſerunt ꝛ ſentiunt. Sꝫ hoc nō eſt veruꝫ quia
xp̄s in hoc verbo nō prohibet ſimpliciter iurare:
ſꝫ ſoluꝫ ſine cauſa legittima ꝛ neceſſaria non ſit iu/

ruā dū. ⁊ hoc ad periurij periculum euitandum:
¶ SECUNDO exponitur hoc de trāſgreſſione voti ſub hoc ſenſu. Nō aſſumens nomē dei tui in vanum votum ſcilicet deo factum tranſgrediendo. quia ſecundū Hugonē de ſacramentis libro ſcdo parte ſecūda capitulo quarto. ⁊ magiſtꝝ ſententiarum in. 4. di. 38. Uotum eſt teſtificatio quedam promiſſionis ſpontanee que ad ſolū deū ⁊ ad ea que dei ſunt refert. Ex hoc patet ꝙ tranſgreſſio voti hoc precepto prohibetur. Unde ad maiorem euidentiam huius circa votum ſunt q̄tuor ꝓ pñti inquirenda. ¶ Primo quid ſit votū ⁊ quot requiruntur ad ipm. ¶ Secundo vtrū votum licitum ſemper obliget ad ſeruandū. ¶ Tertio vtrum poſt votum ſimplex poſſit quis mr̄imonium contrahere. ¶ Quarto vtrum melius ſit facere aliquid ex voto q̄ȝ ſine voto. Propter primū ſciendum eſt ꝙ votum nihil aliud eſt q̄ȝ ſpōtanea promiſſio cum deliberatione vel obligatione firmata. Ex hoc patet ꝙ ad votum tria requirunt.
¶ Primum eſt propoſitum voluntatis quod debet fieri ex animi libertate/non autē ex coacta neceſſitate. Et ex hoc patet ꝙ ſi quis cogatur metu cadente in conſtantem virum ad aliquid vouendum: non tenetur ex ſoluere. 33. q. 5. notificaſti.
¶ Secundum eſt deliberatio voluntatis. quia ſi quis ſubito bonum aliquod concipiat: non obligatur ad ſeruandum ex voti neceſſitate/ſed ſolū ex quadam decentia ⁊ congruitate in q̄tum diuinis ⁊ bonis inſtinctibus non eſt reſiſtendum.

¶ Tertiū eſt ꝙ votū ſit de re bona. qꝛ ſi de re ma/
la nō obligat. dicente Iſidoro. In male ꝓmiſſis
reſcinde fidē/ ꝛ ī turpi voto muta decretū. ꝛ ponit̄
22. q. 4. ¶ Propt̄ ſecūdum eſt ſciendum ꝙ votuꝫ
licitū ſemꝑ obligat ad ſeruandū ſi vouēs ſit ſui iu/
ris. qꝛ ei⁹ trāſgreſſio eſt pctm̄ mortale/ exceptꝭ q̄t/
tuor caſib⁹. ¶ Primus eſt. Si aliq̄s voueat ſub
cōditiōe. tūc eñ nō extāte conditiōe: non tenet̄ exol
uere votuꝫ. puta ſi aliq̄s vouit hr̄e ꝟgini ieiunare
vt ſanet̄: talis nō tenet̄ ad ſolutionē ſi nō ſanat̄ in
fra tp̄s p̄fixum. ¶ Scd̄s ſi accedit diſpēſatio ei⁹
q̄ pt̄ q̄ tn̄ nūq̄ȝ debet fieri in voto niſi ī eque bonuꝫ
vl' ī meli⁹ cōmutet̄. Cui⁹ grā q̄ri pt̄. Vtꝝ papa ī
voto ꝯtinētie ſolēnizato poſſit diſpēſare? Ad qđ
cōmunit̄ reſpondent Hugo/ Ioānes/ Hoſtiēſis
ꝛ Innocentius ꝙ ſic. qꝛ in oī voto ſicut in oī iura/
mento intelligit̄ excepta poteſtas Pape. idō hoc
dicit̄ poſſe de plenitudine ptā̄tis/ ꝛ maxīe ſi cōis
vtilitas regni vl' ꝓuintie hoc expoſcat. Sꝫ alber
tus ſuꝑ q̄rto ſentētiaꝝ dicit ꝙ votū cōtinētie ſolen
nizatū nullo mō recipit diſpēſationē/ qꝛ hoc per ni
hil melius ꝛ dignius poterit cōpenſari cum nō ſit
digna pōderatio aīe cōtinentꝭ. vt ſcribit̄ Eccleſia/
ſtici. 26. Et extra de ſta. mo. ca. Cū ad monaſteri
um. in fi. ſic habet̄. Cuſtodia caſtitatꝭ adeo cōne/
xa eſt regule monachali vt ꝯ eā nec ſummus pōti
fex poſſit licētiā īdulgere. Innocen̄. 3. Vn̄ iuxta
ſentētiā magnoꝝ doctoꝝ Papa in voto ꝯtinētie
diſpēſare nō pt̄. Nec valet illud quod dicit̄ đ vti/
litate regni vel ꝓuintie. qꝛ ſecundū Auguſtinum

Non ſunt facienda mala vt eueniant quecunq bona. Unde conſilio beati Mathei. Effigenia
ꝟgo dõ dicata: noluit nubere regi hirtaco cum ta
men ſe cum omni populo promitteret fieri chriſti
anum/ nec Matheꝰ apl's ad h̄ conſentire voluit/
ƺ ꝑ eo potiꝰ mortē ſuſtinuit Et hāc opinionē ſine
p̄iuditio reputo meliorē ⁊ tutiorē. Caſtitas ſola ē
q̄ p̄t cū fiducia deo aīas p̄ntare. In autenti. De
lenonibꝫ. pag̃. Sancimꝰ. Col. 5. Qui tñ oppoſi/
tū vellet: diceret tali mō. q2 ſi nō p̄t: aut h̄ ē q2 votū: aut
q2 ſolēne. ƺ nō q2 votū: q2 tūc nō poſſet in aliq̄ vo/
to diſpenſare. qđ ē falſuꝫ. nec q2 ſolēne q2 ſolenni/
tas ē ab eccl'ia. ⁊ ideo ſup eā p̄t Papa. Unde dico q
p̄t Papa ꝓpt̄ bonū cōe. Et qđ dꝛ q non ē digna
pōderatō aīe ꝯtinētis: ibi ꝯtinētia nō ſimpl'r capit̄
ꝓ caſtitate: ƺ ꝓ ꝯnexu ꝟtutū q̄ reſtrigit oīa illicita.
Et etiā q Matheꝰ nō diſpēſauit: h̄ erat q2 non vi
debat expedire. vl' q2 nō ꝑtinebat ad eū cum eſſet
Ep̄s ⁊ nō Pōtifex ſummꝰ/ nec diſpēſat̄ vt fiat ma
lū ꝓpt̄ bonū: ƺ ne minꝰ bonū amittat̄/ qđ ſcꝫ ē bo/
nū cōe. ¶ Tertiꝰ caſus ē. ſi īpotētia ⁊ īpoſſibilitas
accidat. Nā q̄cq̄d votū fiendū īpediret ſi p̄ns eſſet
hoc ip̄m ſuperueniens voto facto aufert obligati/
onem. Unde ſi aliq̄d poſſibile dum voueret poſtea
fiat īpoſſibile: tollit̄ obligatio q̄ntuꝫ ad hoc. puta
ſi aliquis diues vouerit edificare eccl'iam ⁊ poſtea
paupꝑtate ſupueniente eā perficere non poſſit non
obligat̄: ſed tamen ſic intelligendo ſi factus eſt im
potens totalit̄. abſolutꝰ ē a toto. Si aūt īpotēs ſit
in parte ita q totū ꝑficere nō poſſit: tūc ſolū rema/

net obligat⁹ ad illō qd̄ p̄t ꝛ nō ad aliō ¶ Quart⁹ caſus ē. Si vouēs nō ſit ſui iuris. Cū em̄ votū ſit ſpōtanea ꝓmiſſio melior; boni cū aī deliberatiōe firmata vt viſum eſt: patet ꝙ ille ſolum vouere poteſt ꝛ ꝑ ꝯſequens ꝑ votum ſuū obligat̄ qui ſui iuris exiſtit. ſcd̄a ſcd̄e. q. 88. Et id̄o quicūq; ſubeſt volūtati aliene. nō poteſt vouere id qd̄ ip̄z a debito ſubiectionis impediat. Tho. ar. 8. in ſolu. primi argu. Vn̄ ſuus qui ſubeſt dn̄o nō p̄t q̄cq̄ȝ vouere qd̄ ip̄m a ſuitio dn̄i ip̄ediat. in ſolu. ſcd̄i ar. Vir aūt q̄ ſubeſt mulieri quo ad redditionē debiti/ ꝛ mulier ecōuerſo nō pōt vouere ꝯtinentiā ſine licentia cōiugis. Nec et; ꝑegrinatōes longas. excepto voto t̄reſcte. 33. q. 5. Si dicat. Licet abſtinētiā ꝛ ſimilia vir poſſet vouere ſine licentia vxoris Mulier aūt q̄ ſubeſt viro in oīb⁹ nihil pōt vouere ſine licentia viri. nec etiā monach⁹ ſine licētia p̄lati. Thomas vbi ſupra. Cū nullum tempus exceptū ſit. ī quo nō poſſit p̄lat⁹ ſubditū circa aliquid occupare. ideo nullū votū religioſi firmum eſt/ niſi de cōſenſu p̄lati. qꝛ religioſus nō ē ſue ptātis. 28. q. 4. Monach⁹. Similiter ep̄s q̄ ſubeſt Pape ī his que ad epiſcopatū pertinēt non poteſt vouere peregrinationes longas/ nec etiā religionem intrare ſine ꝯſenſu Pape. extra de vo. ꝛ vo. redēpt; Magne deuotiōis. Abſtinētiā aūt ꝛ elemoſinaȝ ꝛ ſimilia hui⁹ poteſt vouere per q̄ non retrahit̄ ab adminiſtratione ſibi cōmiſſa. Clericus autē ſecularis qꝛ ſubeſt ep̄o q̄ntū ad b̄n̄ficiū: ideo nihil pōt vouere qd̄ ipſum retrahat a ſeruitio b̄n̄ficij/ licet

alia vouere poſſet in quibꝫ ſuis iuris exiſtit. Filiꝰ familias q̄ꝛ ſubeſt p̄ri/in his q̄ ad regimē domus ptinēt:ideo circa talia nihil vouere poteſt ſine p̄re. Sed religionem intrat. ⁊ alia in quibus p̄ri non ſubeſt/ſine licentia eius vouere poteſt. Et hoc no tant Gaufridus ⁊ Hoſtieñ. C. Sed cū mlier ni hil vouere poſſit ſine conſenſu viri. merito queriꝛ vtrū peccat votū aliqđ emittēdo ſine ꝯſenſu mari ti ? Ad hoc dđm ē ꝙ nō/niſi hoc faciat temerarie ſcđa ſcđe.q.88. Licꝫ em̄ votū vxorꝫ ⁊ oīm huiuſ modi q̄ nō ſūt ſui iurꝫ/nō ſit firmū ſine cōſenſu eoꝝ q̄bꝫ ſubijciunꝛ:nō t̄n peccāt vouendo abſolute lo quēdo.in ſol' ſcđi articuli:q̄ꝛ in eoꝝ voto intelligiꝛ debita cōditio/ſcꝫ ſi ſuis ſupioribꝫ placuerit vel ni ſi expreſſe renitanꝛ.in talibꝫ em̄ ſufficit tacitus con ſenſus/ſm Innocētiū:puta ſi ſuperior ſciat ⁊ non cōtradicat.20.q.2. Si in q̄libꝫ. Sciendū t̄n ꝙ lꝫ vxor nō poſſit aliq̄d vouere ſine cōſenſu viri: ſi t̄n faciat non debꝫ ꝯvenire autoritate propria:ſꝫ vir eius poteſt irritare etiaꝫ ſi vouit anteq̄ꝫ mr̄imoni um ſit contractum dum mō non fuerit adimpletū immo etꝫ qđ plus eſt ſi mulier de ꝯſenſu viri voue at abſtinētiam/peregrinatōēꝫ/⁊ huiuſmodi. ⁊ po ſtea vir eiꝰ executiōēꝫ p̄hibꝫ ei: debꝫ obedire viro ⁊ nō peccat viro obediēdo licꝫ vir eius peccet illđ quod conſenſerat retractando vel etiam prohibē do.33.q.5.ca. Noluit. In hoc t̄n diſtinguendū ē quia aut dedit licentiaꝫ in facie eccleſie ⁊ q̄ſi in iu ditio:⁊ tunc ſm Petrū non poteſt reuocare. Aut dedit in priuato:⁊ tunc añ vſum licentie pōt reuo

ſed poſtea nõ poteſt. Unde Thomas ⁊ etiã Al
bertus dicũt ꝙ ſi vir licentiã cõiugi dederit de ca
ſtitate vouenda nõ poteſt eã poſt votũ emiſſũ re/
uocare. Sꝫ intellige ꝙ hoc nõ pt ſine pctõ. Sꝫ ſi
vir ſolũ diſſimulet. ⁊ poſt plenã deliberatõeꝫ reuo
care velit. poteſt. ⁊ mulier tenet̃ ei obedire. Cui⁹
cauſam videtur dare Innocẽti⁹ dicẽs. Qui dat
licentiam vouendi nõ ꝓpter hoc impedit̃ exigere
debitum niſi ⁊ ipe ſimiliter voueat. Illa tñ q̃ vo/
uit impedit̃ ab exigendo ⁊ nõ a reddendo. Sed
forte dices. Nũq̇d vir peccat irritando votũ vxo
ris qđ ſine conſenſu ſuo emiſerat. Dicendũ ꝙ nõ
qꝛ vtitur ſuo iure diuinitus ſibi conceſſo. ⁊ etiam
a canone ſibi indulto. ¶ Propter terciũ ſcꝫ vtruꝫ
poſt votũ ſimplex continentie. poſſit aliquis| con/
trahere matrimoniũ. ſunt tria videnda. ¶ Nam
ꝑmo oſtendendũ eſt ꝙ mortaliter peccat qui poſt
votũ ſimplex contrahit matrimoniũ. tum qꝛ facit
cõtra p̃ceptum diuinum q̊ dicit̃ vouete ⁊ reddite
tum qꝛ in foro conſcientie ⁊ apud deũ tm̃ obligat
ſm doctores votũ ſimplex. quantũ ſolẽne Extra.
Qui clerici vl' vouẽtes poſſunt matrimoniũ con/
trahere. ca. Rurſus. Celeſtin⁹. iii⁹. Quidã. Ex
quo euidenter pꝫ q̃s ꝓphane aliq̇ cõſulunt et licen/
tiant perſonas cõtrahere matrimoniũ poſt votũ
ſimplex emiſſum ↄtinentie qui peccãt tripliciter.
¶ Primo. qꝛ ſuo ↄſilio hoĩes ad pctm̃ infidelita
tis ĩpellũt. Nã trãſgreſſio voti ſicut ⁊ iuramẽti vi
detur q̃dã abnegatio diuine veritat̃. Et idõ poſt
idolatriã pctm̃ piurij ⁊ trãſgreſſio voti vident̃ ſe/

eũdũ locũ tenere in grauitate pctĩ. ꝓpter q̃d etiã
vtrũq; ꝓhibet̃ ĩ ſcd̃o p̄cepto qd̃ immediate ſe hʒ
ad p̃mũ. ¶ Scd̃o peccãt qꝛ ꝑſonã illã maximo
exponũt periculo/cũ ſ̃m certiorem opinionẽ nũq̃
poſſit debitũ petere ſine peccato. ¶ Tertio qꝛ dĩ
gnitatẽ angelicã homĩ adimũt. qd̃ ptʒ. qꝛ ꝑ cõti/
nẽtiã hõ puritati ãgelice ꝯforat̃. imo etiã ꝑ eaʒ
dignitatẽ ſupgredit̃ ãgelicã. qꝛ ſcd̃m Hieronimũ
Cõtinẽtiã in carne corruptibili ſeruare eſt digni⁹
et excellẽti⁹ ⁊ maioris meriti q̃ eã ꝑ naturã habe/
re. ¶ Scd̃o videndũ ẽ cũ ille q̇ poſt votũ ſimplex
ꝯtinentie poſtea iurat ſe cũ aliqua ꝯtrahere vtrũ
plus debeat ſeruare votũ q̃ iuramẽtũ. Dicendũ
ꝙ votũ ſeruandũ ẽ. etiã ſi poſtea iurauit vxorẽ du
cere/⁊ ꝓ temerario iuramẽto penitẽtiã agat. Li/
cet Hoſtiẽſis in caſu cõtrario (vt cũ p̃mo iurauit
vxorẽ ducere ⁊ poſtea votũ ꝯtinẽtie emiſit) dicat
mag᷒ ſeruãdũ eẽ iuramẽtũ q̃ votũ. ¶ Tertio vĩ
dendũ ẽ an votũ ſit mag᷒ volũtariũ q̃ iuramẽtũ.
Et dꝛ ꝙ ſic. Nã obligatio voti cauſat̃ ex fidelita/
te quã deo debem⁹ ex qua tenemur vt verificem⁹
qd̃ ꝑ votũ ei ꝓmiſim⁹. Oĩs aũt infidelitas ẽ irre/
uerẽtia ⁊ nõ ecõuerſo. qꝛ infidelitas videt̃ eẽ maxĩ
ma irreuerẽtia. q̃re cũ ĩfidelitas ĩportet maximaʒ
irreuerẽtiã: maior videt̃ eẽ obligatio voti q̃ iura/
mẽti. ſi attẽdam⁹ ad ꝓpriã ratõeʒ obligatõis vtrĩ
uſq;. Qd̃ aũt Hoſtiẽſis dt vtrũq; eẽ eiuſdẽ firmĩ
tat᷒ hoc p̄t verificari q̃ntũ ad idẽtitatẽ obiecti. qꝛ
vtrũq; obligat ipi deo. Sʒ quãtũ ad rõnem oblĩ
gãdi. maior videtur eſſe obligatio voti vt dictũ ẽ

PRECEPTUM

¶ Propter quartum ſciendū eſt ꝙ multo meli⁹ ē facere aliq̄d ex voto q̄ꝫ ſine voto. qđ patꝫ ex trib⁹. ¶ Primo qꝛ vouere eſt actus latrie q̄ eſt nobilioꝛ virtus Cōſtat autē ꝙ act⁹ q̄ a pfectioꝛi ꝟtute procedit vel elicit̄ eſt nobilioꝛ. quare ꝛc̄. ¶ Secūdo qꝛ ſcḋm Anſelmū libro de ſimilitudinibus. Perfectius eſt dare arborē cuꝫ fructu / q̄ꝫ fructū ſine arbore. ſed cōſtat ꝙ bona voluntas eſt q̄ſi arboꝛ fecunda. actus autē continentie eſt quidam fruct⁹ bone voluntatis / cum igitur q̄ continet ſine voto det ſolū fructum / q̄ autē ex voto ꝯtinet etiā ipam voluntatē bonā cum oī fructu ex ea veniente deo ppetuo dedicat. patꝫ ꝙ multo meli⁹ eſt continere ex voto q̄ꝫ ſine voto. Nec valet inſtātia ſi dicatur ꝙ continens ſine voto libere continet. qui autem ex voto continet. ex neceſſitate continet. Melius autem videtur aliquid fieri ex libertate q̄ꝫ ex neceſſitate. quare. ꝛc̄. / Ad hoc reſpōdet Anſelmus libro ſcḋo. Cur deus homo / ꝙ felix eſt neceſſitas q̄ hoīem ad meliora ꝯpellit. conſtat autē ꝙ neceſſitas que naſcit̄ ex voto procedit ex libera voluntate qua homo ſpontanee ſe deo per votum obligat quare ꝛ cetera. ¶ Tertio hoc idem ptꝫ quia per votum voluntas immobiliter firmatur in bono. facere autem aliquid ex voluntate magis firmata ad bonum / hoc eſt perfectius. q̄a pertinet ad perfectōnem ꝟtutis. vt pꝫ. 2. ethicoꝝ. q̄re. ꝛc̄.

¶ TERTIO exponit̄ de trāſgreſſione ꝟbi maledicti. ſic. Nō aſſumes nomē dei tui ī vanū ī ꝟbo ſcꝫ maledicto Et ſic ꝯtigit q̄ttuoꝛ modis peccare

¶ Primo nõ maledices deo ſicut luſores faciũt
cũ nõ ꝓſperant in ludo taxillorꝫ q̃ culpã dyaboli
cam retorquẽt in diuinã innocẽtiã ⁊ deo maledi/
cunt. q̃d etiã horrendũ eſt audire. Horꝫ viciorꝫ p̲
ticipes ſunt q̃ talibꝫ ꝯuiciantibꝫ hoſpicia ꝯcedũt
Et q̃ veſtimẽta illorꝫ deluſa diuidũt/ vł q̃ cũ ipis
familiariter viuũt vł ab ipis ſortẽ lucri recipiunt
¶ Secũdo nõ maledices alicui ſãcto/ ⁊ ſpãliter
btẽ v̾gini ꝑut faciũt iudei blaſphemi. Tales nõ
poſſunt abſolui niſi ab epõ vel eiꝰ penitẽtiario. et
maxima debet eis penitentia ipõni/ ꝑut dicitꝰ ex/
tra de maledicis. li. 6. Statuimꝰ. Ubi plura in
uenies de hoc in textu ⁊ in gloſa. ¶ Tercio non
maledices dei v̾bo/ ipm̃ ſcꝫ ſubſannãdo/ vł etiã p̃
dicatorẽm ipediẽdo. Cõtra q̃d faciũt q̃ v̾ba p̃di/
catoris derident/ vł ad ipm̃ ipediendũ clamores
vel riſus ⁊ alias trufas exercent. ¶ Quarto non
maledices diuine voluntati/ vt faciunt illi q̃ ma/
ledicunt aure pluuiali vł eorũ infirmitati ſeu eti/
am rerꝫ ꝑditõni ꝓpter que multi maledicunt deo
vł etiã ſibiipis. Exemplũ de clerico p̲ q̃ttuor an/
nos infirmante dicẽte deo. tu accepiſti mihi cor/
pus. ⁊ ego auferã tibi aĩaꝫ. Dyabole veni. ⁊ aĩaꝫ
meã accipe. q̃d diuino iudicio factũ fuit. Notan/
dũ tñ q̃ maledictio q̃nq̃ꝫ ꝓcedit ex voto vltionis
et odio ꝑſequẽtis. et hoc ꝓhibetꝰ q̃r eſt pctm̃ mor
tale. q̃nq̃ꝫ etiã ꝓcedit ex amore iuſticie. et hoc cõ
ceditur/ nec eſt pctm̃ cũ etiã ſancti ea vſi ſunt. q̃d
patet. 24. q. 3. Cũ ſancti. ¶ Inſuper eſt ſciendũ
q̃ iſtud p̃ceptũ tripliciter violatur a multis chri/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtianis/videlicet corde/ore/⁊opere Corde quidē ſicut illi qui ſolo noīe chriſtiani vocanᷣ rem et veritatē noīs abnegantes. quia licet ſacramentum baptiſmi receperint. re tñ ſacramēti/ id eſt gratia carent. Ore vero ſcȝ mala iuratōe voti tranſgreſſione/verbi dei deriſione. p̄dicatōne q̄ fit mala/et vana intentōne. et etiam indeuota oratōne. De q̄ dicitᷣ Jſaie.29. Populus hic labijs me honorat cor.⁊c̄. Opere vero ſicut hypocrite q̇ nomen dei in vanū aſſumūt in ſimulatōe operis exterioris/⁊ nō in pietate cordis. Bene nāqꝫ illud in vanum recipiunt q̇ vanā gloriā appetētes mercedē ſuam receperūt. Ex p̄miſſis diligēter conſideranti patȝ q̄liter q̇s de iſto p̄cepto debeat confiteri.

TERTIUM p̄ceptū ē Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Hoc p̄ceptū refertur ad ſpūſſancti grām ſiue bonitatem ſicut ſcd̄m ad filij veritatē. ⁊ p̄mū ad p̄ris poteſtatē. Docȝ āt hoīeȝ p affectū deuotōis totalr̄ hac die q̇eſcere. ita ꝙ ſi hō q̇cq̄ȝ ī orōibꝫ vl̄ bonis operibꝫ p totā ſeptimanā neglexerit. h̄ recuperet iſto die. Vñ ad euidētiā hui⁹ p̄cepti p̄mo q̄ritᷣ q̄re homi fuit datū Ad qd̄ dr̄m ē ꝙ hui⁹ triplex ē ratio lr̄alis. ¶ Prima ē diuini cult⁹ vacatio/vt hō iſto die ſimplr̄ deuotioni ſtudeat. Et quicquid boni alio die neglexerit: hoc iſto die potiſſime reſtauraret.

¶ Secunda ratio fuit auaricie reſtrictio. Unde nō tantum ab operibus mechanicis/ſed ⁊ a mercaturis iſto die abſtinere debemus.

¶ Tercia fuit diuine omnipotentie maior recor

datio. q̄ꝛ ſicut deus requieuit die ſeptimo ab omībꝫ
opibꝫ ⁊ rebꝫ q̄s fecerat in obſequiū homis. ita hō
debꝫ q̄eſcere ob omī ope exteriori. vt vacz diuine
laudi. deo ſcꝫ laudes referēdo ꝓ creatōis bñficio
q̄ꝛ deꝰ oīa ī ſui obſequium ⁊ ſubſidiū ꝓduxit Eſt
etiā huiꝰ p̄cepti triplex rō miſtica. ¶ Prima ē al
legorica ſcꝫ ꝙ ſabbatū ſ̄cat requiē corpis xpi ī ſe/
pulchro ⁊ etiā ꝯſolatōez aīaꝝ ī libo q̄ ꝑ p̄ſētiā aīe
xpi facta fuit. ¶ Scđa rō ē tropologica. q̄ꝛ ſab/
batū ſ̄cat requiē aīaꝝ ī deo ꝑ deuotōis affectū ⁊
ꝑ ꝯtēplatōis exercitiū. ¶ Tertia rō ē anagogica
q̄ꝛ ſ̄cat q̄etē aīaꝝ in celo ad quā ꝑ p̄ſentē vacatōez
mētis in deo ſperamꝰ ꝑuenire. ¶ Scđo q̄rit̄ q̄re
dies ſabbati fuerit trāſlata ī dñicā. Ad qđ dicē/
dū ē ꝙ hoc fuit factū ſil'ter triplici rōne. ¶ Pria
ob memoriā bñficij īcarnatōis. q̄ꝛ ſicut die dñico
mūdꝰ fuit creatꝰ. ita eodē die ꝑ īcarnatōis miſte/
riū recreatꝰ ē. Et hoc bñficiū digniſſimū ī memo/
ria iugiter ē habēdū. Quia ꝑ hoc nobis deꝰ ſum
mā charitatē exhibuit. dicēte ap'lo. Propter ni/
miā charitatē q̄ deꝰ dilexit nos. miſit deꝰ filiū ſuū
vnigenitū. ⁊c̄. Ex maxima em̄ charitate ꝓceſſit
ꝙ ideo v̄bū eternū hō fieri voluit vt te deificarꝫ.
et vt hoīez abiectū īeffabilit̄ exaltaret ⁊ vt hoīem
mēdicū theſauro diuinitatꝫ locupletaret̄. Et vt
iſta in nobis efficeret. lumē diuine claritatꝫ abſcō
dere voluit ſub velamine noſtre mortalitatꝫ ⁊ po
tētiā diuine maieſtatꝫ ſub velamine humane īfir
mitatꝫ. ¶ Scđa ratio eſt ꝓpter memoriā bñficij
noſtre redēptōis. Nā xps illa die naturā huma/

nā de vinculis captiuitatꝫ eripuit. In q̄bꝫ fere ꝑ q̄nqꝫ milia ānoꝝ fuerat mirabiliter captiuata/et de carcere tenebraꝝ eduxit. qꝛ licꝫ aīe ī libo nō habuerēt penā ſenſ⁹: habebāt tñ penā dāni/cū ꝑuare erāt viſione diuina. Ad quā illa die ꝑ xp̄m diuini p̄ſentiā feliciter admittebanꝰ. Eadem etiā die dyabolū alligauit. ei⁹ potētiā adimēdo. q̄ q̄dem bñficia merito debēt in memoriā retineri ꝛ iugiter recoli cū grāꝝ actōne Ad quod mouemur exēplo Iſaie dicentis. Miſeratōnum dñi recordabor.
¶ Tertio propter memoriam beneficij reſurrectionis que fuit cauſa ꝛ exēplar noſtre reſurrectionis. Nam illa die tria beneficia nobis contulit.
¶ Primū qꝛ mortē deſtruxit ꝛ eam in ſeipſo occiſus occidit. Nā ſm Auguſtinū dignū erat vt q̄a dyabolus xp̄m innocentē peremit. poteſtatē perderet in eos quos ſua calliditate vinctos detinebat. ¶ Secūdum eſt qꝛ quando reſurrexit naturam humanā veſte īmortalitatis induit. cū īmortalis ꝛ īpaſſibilis reſurrexit. ¶ Tertium qꝛ timorem mortꝭ a nobis abſtulit. quando per reſurrectionē ſuam nos de beatitudine eterna aſſecurauit/cuꝫ certū ſit ꝙ membra ſeq̄ debeāt vbi caput ſuum preceſſit. Et ideo dicit Leo papa ꝙ hec dies tantis diuinarum diſpenſationū eſt miſterijs conſecrata. vt q̄cquid inſigne eſt a deo cōſtitutuꝫ in terris. in hui⁹ diei dignitatē ſit geſtū vtpꝫ ī ſpūſſancti miſſione/in epiſcoporū conſecratōe ꝛ in ſctimoniali velatiōe/ꝛ huiuſmodi Specialis tamen ratio fuit tranſlatōis ne videremur iudaizare diē

ſabbati more iudeorum obſeruando. ¶ Sed
eſt ſciendū q̄ iſtud p̄ceptum poteſt tripliciter acci
pi. ¶ Primo generaliter vt ceſſemus a vicijs.
¶ Secundo ſpecialiter. vt ceſſemus ab operibꝰ
corporalibus et actibus mechanicis ꝑ que mēs
impeditur ne libere poſſit deo vacare. ¶ Tercio
ſpecialiſſime vt contingit in viris cōtemplatiuis
qui ab omnibus occupatōibus mundanis ſe ab
ſtinent vt totaliter deo vacent. ¶ Prima va
catio eſt ad ſalutem neceſſaria: ¶ Secunda eſt
debita. quia conuenit obediente diuini precepti.
¶ Tercia eſt ꝑfecta. q꞉ ſolum conuenit perfectio
ni ſtatus cōtemplatiuoꝝ qui ſibi ⁊ omnibus mū-
dialibus mortui. ſoli deo vacant. Et iuxta predi
ctam diſtinctōem. iſtud p̄ceptū triplicit̄ exponit̄.
¶ Primo ſic. Memēto vt diem ſabbati ſanctifi
ces, id eſt ſummo ſtudio illā diē honores nihil ſꝫ
corporalis operis in ea faciēdo q̄d poſſit impedi-
re quietē mentis in deo. ⁊ ſecundum huncintelle
ctum iſtud p̄ceptum contingit tranſgredi quattu
or modis. ¶ Primo manualiter operando
¶ Secundo mercationibꝰ intendendo. ¶ Ter-
cio placita ſecularia frequentando. ¶ Quarto
actum iudiciarium exercēdo. q꞉ ius ſtatuit vt illo
die ſtrepitus iudiciarius cōquieſcat. C. de ferijs
li. 3. L. Oēs dies iubemꝰ eē iuridicos Imp. val.
Itē ibidē imp. Leo. L. Dies feſtos. Poteſt tn̄
vt dt Guillermꝰ in glo. vl ꝓ pace tractanda. vel
confirmāda licite iuramentum preſtari Ex quo
patet. q̄ quicunq̄ ſabbatum violat mortaliter

p̄eccat. Excuſat̄ tñ q̄s a pctō mortali q̄ttuoꝛ mo/
dis. ¶ Pꝛio q̄dē ꝓpt̄ laboꝝ vł opis modicitatē
puta ſi laboꝛ ſit tā modic⁹ ꝙ q̄etē mētꝭ ī dō nō poſ
ſit īpedire. Et h̄ innuit̄ ī glo. Exo. 31. ſup illo xbo
Quicūqꝫ polluerit ſabbatū. gloſa. turbādo q̄etē
aīe: morte moꝛiat̄/ ſcꝫ aīe ⁊ coꝛpis. Ex q̄ pꝫ ꝙ ſolū
ille laboꝛ q̄ turbat q̄etē ⁊ ſpūs libertatē cauſat pec
catū moꝛtale. ¶ Scdō ꝓpt̄ laboꝛis neceſſitatē q̄
tāta dꝫ eē vt laboꝛ opis ſine rei p̄iculo nō poſſet p̄/
ueniri nec differri ſicͭ ꝯtingit ī meſſib⁹ ꝓpt̄ incurſū
hoſtiū. ⁊ in vindemijs ꝓpter frigus/ ⁊ ī captura al
lecū que ſolū fit tp̄e determiato. In talib⁹ eñ ex/
cuſat neceſſitas q̄ legē nō hꝫ. vt pꝫ extra de cōſue/
tudine. ca. 4. Quanta aūt ſit neceſſitas vel etiam
laboꝛis quātitas q̄ a pctīs excuſat: ad arbitrium
boni viri iudicādū eſt. Vñ dicit Guillerm⁹ ī glo.
ꝙ viatoꝛes minutoꝛes/ ⁊ ferratoꝛes equoꝛum ſi ta
lia faciūt nō ꝓpt̄ queſtum ꝓpꝛium: ſed ꝓpt̄ neceſſi
tatē alioꝝ: excuſant̄ a pctō/ alit̄ nō ¶ Tertio pꝛo
pter coꝛdis pietatē. qꝛ bene lꝫ arare in ſabbato ꝓ/
pter deum ⁊ agrū paupis ꝓpt̄ deum ſeminare vł
ducere religioſis ligna ⁊ alijs miſerabilib⁹ perſo/
nis. ¶ Quarto ꝓpt̄ publicam vtilitatē. puta la/
boꝛare ꝓ ponte vel via ſeu etiam eccleſia reparan/
da. dummodo hoc gratis fiat. ¶ Hꝫ hic incidit
dubitatio. Cū eñ obſ̄uatio ſabbati ſit d̄ p̄cepto
diuino: diuinū autē preceptū ſit maius q̄ꝫ huma/
num: videtur dubitabile/ quomō eccl'ia que vtit̄
poteſtate humana poterit diſpenſare in caſibus
pꝛedictis ſuper tranſgreſſione precepti diuini.

Ad qđ dđm ē ꝙ eccl'ia bene videẜ diſpēſare ī p̄dī
ctis duplici rōne. ¶ Pzio qꝛ eccl'ia nō tm̄ vtiẜ po/
teſtate hūana vt rō ſupponit: ꝫ etꝫ poteſtate diuia
ideo eadē poteſtate diſpēſat eccl'ia ī p̄cepto diuio
qua deus ipam ꝯdidit. Ex hoc pꝫ ꝙ q̇cunqꝫ po/
teſtatē vl' claues eccl'ie ꝯtennit: dei poteſtatē ꝯten
nit Luce decio. Qui vos ſpernit me ſpernit.
¶ Scđo qꝛ diſpenſatō vel ſumiẜ ꝑ mādati rela/
xatione. ꝛ ſic vez ē ꝙ eccl'ia vl' minoꝛ poteſtas non
pōt diſpenſare ī mandato ſuperioꝛis. vel ſumiẜ ꝑ
mandati īterpꝛetatione. puta declarando in quo
caſu ẜm intentionem legiſlatoꝛis mandatuꝫ obli
get ad ſui obſeruantiam/ ꝛ ī quo caſu non. Et h̄
modo eccl'ia p̄t diſpenſare ī p̄cepto diuino.
¶ SECUNDO exponiẜ ſic. Sabbata ſan
ctifices/ id ē ſummo ſtudio illo die p̄cipue peccata
moꝛtalia caueas nihil ī eo facinoꝝ cōmittēdo. qꝛ
multo peiꝰ ē peccare vl' delinquere tali die ſancta
qꝫ ī alia. Vn̄ narrat btūs Gregoriꝰ ī libꝛo tertio
dyalogoꝝ/ ꝙ q̄dā legitīa a viro ſuo cognita cū ſe
ꝓceſſioni iūgeret a Dyabolo rapiẜ/ ꝛ multum ab
eo vexaẜ Et ſi h̄ fit ī pſonis legittimis: q̄nta pena
erit plectēdꝰ illegitimꝰ ꝯcubitꝰ. Vn̄ dic̄ Augꝰ. ī
libꝛo de decē coꝛdis. Dico tibi ꝙ ſp̄ualiẜ obẜues
ſabbatū nō quō iudei obſeruāt. Coꝛpali em̄ ocio
vacare volūt ad nugas ꝛ luxurias ſuas: multo āt
meliꝰ facerēt ſi ī agro ſuo aliq̇d vtile die ſabbati ſe/
minarent. qꝫ ꝙ ī theatro ꝛ ſeditionibꝫ inſiſterent ꝛ
meliꝰ femīe eoꝝ lanas ī ſabbato fillarēt: qꝫ ꝙ totā
die in choꝛea impudice ſaltarēt. Vn̄ Seneca de/

riſit ſabbata iudeoꝝ dicens eos ꝑdere ſeptimam
partē in vite ſue. Vñ i talib⁹ implet̄ illō Trenoꝝ
ꝑmo. Viderūt eā hoſtes ⁊ deriſerunt ſabbata ei⁹
⁊ hoc rationabiliter. Cū em̄ ꝑncipalis intentio le-
giſlatoris ſit ꝓpter hoc nos abſtinere a corporali-
bus opibus vt liberius poſſim⁹ vacare ſpūalib⁹.
vt patet de Conſe. diſtinctione qnta vbi ſic dicit̄.
Jeiuniū magnū ⁊ generale eſt abſtinere ab iniq̄ta-
tibus/⁊ ab illicitis voluptatib⁹ ſeculi quod eſt
ꝑfectum ieiunium. pꝫ ꝙ illoꝝ ſabbata merito de-
ridentur qui tali die deuotione reiecta: ſoluꝫ ocio
corporali/⁊ ſue laſciuie vacant. ¶ Sciendum au-
tem ꝙ ſunt duo peccata que maxime frequentan-
tur dñicꝫ dieb⁹ ⁊ feſtiuis. ſcꝫ chorea ⁊ ebrietas Et
ideo de chorea primo notandum ꝙ lꝫ in ſe non ſit
mortale peccatū: tñ ex quattuor circūſtantijs con-
trahit deformitatem pcti mortalis. ¶ Prīo q̄dē ex
ratione perſone: puta ſi perſona ſit religioſa vl' ec-
cleſiaſtica: tunc enim ratione ſcandali poteſt com-
mittere peccatum mortale. ¶ Secundo ratione
temporꝫ vt ſi fiat tempore miſſe vel alio deuotōis
tempore quis choriſet. ¶ Tertio ratione loci/vt
ſi fiat in eccleſia vel cimiterio: tunc enim propter
irreuerentiam deo in loco ſacro exhibitam poteſt
committi peccatum mortale. ¶ Quarto ra-
tione finis vel modi/vt ſi fiat libidinoſa intentio-
ne/vel etiam ſeruetur impudica geſticulatio/vel
ſaltatio laſciua prouocans ad libidinem Ad quā
intentionem videtur referri verbum Auguſtini ſu-
pra poſitum de decem cordis Et predicte q̄ttuor

conditiones cōplectuntur hoc metro. Tempore fine/loco/perſona. chorea caueto. ¶ Scđo notādū ꝺ ebrietate ⁊ gula qn̄ ſint mortalia vł venialia ¶ Nā vnoꝰ ebrietas p̄t dicere mētꝫ obnubilatō/nē vł gula p̄t iportare ſolā corporꝫ inḡuatiōem: ⁊ ſic nō ſtꝫ peccata/ ꝫ pena pctī. vt pꝫ.15.q.p̄ma.capitulo. Sane. ¶ Scđo ebrietas iportat imoderatā potatōeꝫ vł gulā imoderatā cibi ſumptōeꝫ. ⁊ tūc ſi i talibꝫ actibꝫ q̇s intēdat vł appetit inebriari/aut etꝫ crapulari: ſic vtrūqꝫ ē pctm̄ mortale: Sꝫ aūt talia nec appetit nec intendit ꝫ ſolo caſu euenēunt: ſic ſolū ſūt venialia. Si etꝫ ex fortitudine potus vł nimietate cibi/vł debilitate ſumētis ꝓuenēunt: ſtꝫ venialia, ꝓut notēt iura. di.25.ca. Criminis. ¶ Eſt aūt notādū ꝙ trāſgreſſores huiꝰ p̄cepti vident̄ ſpecialit̄ memoriā amiſiſſe. ꝓpter quod eis ſignāter dr̄. Memēto vt diē ſabbati ſctifices Nā ideo vident̄ memoriā amiſiſſe/qꝛ nec recordātur eoꝝ q̄ vident̄ in natura. vbi oīa vegetabilia et ſenſibilia quietē appetunt poſt laborē. ſic̄ eſt videre in aīalibꝫ ⁊ plantis q̄ fructificāt ⁊ laborāt i eſtate: ſed quieſcunt in hyeme. Nec etꝫ eoꝝ que in ſcriptura legimꝰ. Legimꝰ em̄ Gen̄.2.ꝙ dn̄s requieuit die ſeptimo ab omni ope quod patrarat. Iſti aūt laborāt ꝑ totā ſeptimanā pro miſero corpore ſed in die dn̄ico laborāt pro dānatione aīe: cūꝫ tn̄ deus preceperit tali die vacare ab omni corporali opere/vt homo liberius ⁊ quietius vacaret diuio cultui. Cuius vtiqꝫ iſti vident̄ obliti qui per totā ebdomadam dies ſanctificāt laborando in opibꝫ

ficitis:ſed diem dñicam polluunt ꝛ contaminant
intēdendo voluptatib⁊ ebꝛietatib⁊/ ꝛ choꝛeis. Et
de his conqueriᷣ dñs Eze.22. Sanctuaria mea
ſpꝛeuiſtꝭ ꝛ ſabbata mea polluiſtis: ꝓpterea da/
bo vos cōtemptibiles omnib⁊ nationib⁊.
¶ TERTIO exponitur ſic. Memēto vt di
em ſabbati ſanctifices/ ad ē vt illa die puriſſime cō
templationi ꝛ ꝑfecte quieti mentis intēdas ab oī
bus mundanis cogitationibus vel occupatiōib⁊
te ſubtrahendo/ ꝛ ꝑ actū intime contēplatōis ꝓita
ti diuine liberrime vacando. qḋ ꝓpꝛie ꝯuenit mē/
tib⁊ contēplatiuis q̄ ſingula dei bñficia mente de
uotiſſima ꝑtractāt. ꝛ ꝓ q̄libet ꝑcepto bñficio deo
ꝑfectas grãꝝ actōes exoluunt replicātes tota die
illud Iſaie.63. Miſerationū dñi recoꝛdaboꝛ/lau
dem dicā ꝓ oib⁊ que dedit nobis dñs ds nr̄. Et
iſtam quietē mentis in deo quelibet mēs deuota
feruenᷣ emulari dꝫ ꝓpᷣ tria bōa q̄ exīde ſequunᷣ
¶ Primū eſt ſeminis deifici in aīa ſepulti fructuo
ſa germinatō. qḋ pꝫ. q: multa ſemina ꝟtutū natu
raliᷣ hoī cōplātata latent in mente rōnali/ ꝛ ibi q̄/
dam deſidia ꝛ ariditate mentis pereūt ꝛ deſiccanᷣ
que oīa copioſum fructum ꝓducerent: ſi ꝑ lumen
grē diuine ꝛ ꝑ feruoꝛem deuotionis fecundarenᷣ.
Cuiꝰ exemplum pꝫ in ſole materiali qui radijs ſui
ſplendoꝛis ꝛ feruoꝛis terram penetrans ſemē ī ter
ra defoſſum ꝛ occultatum viuificat ꝛ fecundat: ſic
etiam per lumen diuine gratie ꝛ feruoꝛem dilectō
nis ꝛ deuotōis qua mēs q̄eſcit in deo: virtutuꝫ ſe/
mina in mēte rōnali latentia vberius fecūdantur

¶ Secūdm ē p̄ntis vite attediatio/⁊ oīm terrenoꝝ
libera deſpectio Nā certū ē ꝙ dulcor q̄ mens inti
mo feruore quieſcit ī deo: cauſat ī hoīe tediū ⁊ me
rorē toti⁹ vite p̄ntꝫ/⁊ īducit mēti deuote q̄ndā inſi/
piditatē ⁊ nauſeā oīm terrenoꝝ. Nec miꝝ qr ſcd̄m
Gregoriū. guſtato ſpū deſipit oīs caro. Cui⁹ rō ē
qr ſicꝫ ignis materialꝭ ī reb⁹ ſuo feruore aduſtis au
fert oēm pulchritudinē ⁊ placibilitatē: reddēs ea
nigra ⁊ deformia ad vidēdū: ita feruor interne de/
uotōis oēm dulcedinē vite p̄ntꝫ in tediū ⁊ merorē/
⁊ reꝝ tpaliū pulchritudinē ⁊ placibilitatē ī q̄ndaꝫ
īſipiditatē ⁊ nauſeā ꝯuertit. qr ſicꝫ ſm̄ Bernardū
ſpens Moyſi deuorabat ſpētes magoꝝ: ita dul
corītime deuotōis oēm dulcedinē vite p̄ntis tol/
lit/⁊ in quandā inſipiditatem conuertit. ¶ Terti
um eſt cordis frigidi duri ⁊ rigidi perfecta liquefa
ctio/⁊ diuinoꝝ inſtinctuum prompta executō. qd̄
patet. Nam ſicut radij ſolares glaciem reſoluunt
ita feruor interne deuotionis mentem frigidaꝫ ge
lu torporis ⁊ deſidie conſtrictam a deo reſoluit ⁊ li
quefacit/vt prompte diuinis inſtinctibus conſen
tiat/⁊ per viam mandatorum dei ī oīm ꝟtutū exer
citio feruenter ⁊ celeriter currat. Quem motuꝫ be/
ne ſenſerat Pſalmiſta cum dicebat. Uiam man/
datorū tuorū cucurri cū dilataſti cor meum. Poſt
ꝙ meā mentē dilataſti ⁊ inflāmaſti feruore tue de
uotōnis oīno deſidia ꝓcul mota/mādata tua im/
pleui/⁊ oīb⁹ diuinis inſtinctibus prompte ⁊ dele/
ctabiliter acquieui. Sꝫ forte dicerꝫ aliquis Pau/
per ſuꝫ/tantū habeo laborare pro cōmunibus in/

digentijs q̄ inde obliuiſcor ꝯtemplatōnis ⁊ orati
onis. Huic ego reſpondeo q̄ talis debet diligen
ter aduertere an ſua occupatio ſit maior q̄ȝ illius
eximij regis Dauid/qui habuit regnū latiſſimuȝ
⁊ terras plurīas gubernare: q̄ tamen de ſeipō dic̄
Meditatio cordis mei in cōſpectu tuo ſemꝑ. Et
alibi Septies in die laudȝ dixi tibi. ¶ Sciendū
autē q̄ ſicut quilibȝ chriſtianus adultus tenetur
oī die ad aliqualē memoriā de deo pro ſuis bene
ficijs habendā: ita religioſus ⁊ cleric⁹ beneficiat⁹
tenet̄ ad horas canonicas: quas ſi ſine cauſa legi/
tima omittunt: mortaliter peccant. Et nō ſolū cuȝ
qui horas canonicas ad quas tenētur omittunt
peccant mortalit̄: verū etiam q̄ eas negligēter di/
cunt: Nō quidē ex impotentia vel infirmitate: ſed
potius ex ꝯtemptu vl̄ mala conſuetudine. quia lȝ
negligentia ī talib⁹ ſcd̄m ſe ⁊ fragilitatem hūanā
conſiderata ſit venialis: ꝯtemptus tn̄ ⁊ mala con/
ſuetudo faciūt eā mortalē. vt pȝ de Conſe. di. 20.
in textu ⁊ gloſa. Et ſic patent tria precepta que or
dinant hominem ad deum. ¶ Primuȝ q̄dem ad
venerandū ſcȝ patris potentiaȝ. ¶ Scd̄m ad co/
lendum filij veritatē ¶ Tertium ad iugiter medi
tandum ſpūſſancti bonitatē. Sed eſt diligentiſſi
me aduertendū q̄ contra tria precepta p̄dicta cō/
tingit hoīem tripliciter peccare. ¶ Primo ex im/
potentia vel infirmitate/aut etiam ex timore. ⁊ ſic
peccatur quaſi contra patris potentiam ⁊ contra
primū preceptum. Dicitur aūt peccatuȝ ex impo/
tentia vel infirmitate quando peccatur ex paſſiōe

que indicat nature corrupte fragilitatē ꝛ impoten
tiā. Ex timore aūt ↄtingit peccare dupliciter ſm
duplicē timorē. Eſt em̄ q̇dā timor hūanus qn̄ ſcꝫ
timentur pericula carnis. Eſt timor mundan⁹ qn̄
ſcꝫ timentur pericula rerum. Et iſti timores mali
ſunt. Et mortaliter peccant qui ꝓpter eos faciunt
illicitū qđ eſt cōtra deū/vl' omittūt aliq̇d licitū ad
quod tenenť. Vn̄ iſtos timores excludit ſaluator
Math. 10. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹
ſed poti⁹ eū timere qui pōt aīam ꝛ corpus mittere
in gehennaꝫ. Ex quo ſequiť correlarie ꝙ ſi q̇s mi/
les iuuat dn̄ꝫ ſuū in bello iuſto. vl' ſi probabiliter
credit eū habere iuſtū bellū: in his duob᷒ caſibus
pōt iuuare dn̄m ſuū ſine peccato/ſed nō amicū vel
cognatū niſi ſciat eū habere iuſtum bellū. Et hoc
ꝓbať. 23. q. 1. Quid culpať. Juſtū aūt belluꝫ ſm
Guillermū. eſt qđ vlciſciť iniurias vel qđ geriť ꝓ
reb᷒ debite repetēdis: ꝛ ſic gens vel ciuitas plecti
poteſt. ¶ Scđo fit peccatum per ignorantia ſiue
errorē: q̄ſi contra filij ſapientiaꝫ. ꝛ ſic peccatur con
tra ſecūdū p̄ceptū. Diciť aūt peccatū ex ignorātia
qn̄ aliq̇d ignorať eoꝝ quoꝝ ſcientia a pctō impedi
uiſſet. ꝛ tūc diſtingue. quia vl' hoc fit ex ignorātia
iuris ꝛ h̄ nō excuſat. qꝛ eſt vincibilis. vt pꝫ. 1. q. 4.
ca. vltio. Sꝫ ſi eſt inuincibilis excuſat. ſicut pꝫ de
infantib᷒ furioſis vel dementib᷒ q̇bus nō imputa
tur qđ faciūt vt dicit Bernard⁹ in glo. ¶ Simi/
liter etiā excuſatur is qui ſequiť vnā opinioneꝫ p/
babilē ꝛ famoſaꝫ vbi magiſtri inter ſe ↄtrarie opi/
nantur. Aut hoc fit ex ignorantia facti ꝛ ſic excuſa

tur hō a pctō oblito dūmō duo ī se habeat. ¶ Pri
mū ē: ſi adhibȝ diligētiā quā pt adiueniēdū pcm̄
oblitū. vt hr̄ Iſaie. 38. Recogitabo tibi oēs an
nos meos. rc̄. ¶ Scōm ē ſi oret deū vt reuelet ſi
bi. Tūc em̄ ſm Auguſtinū ā reuelat/aut relaxat.
¶ Tertiō: fit pctm̄ ex malitia ſiue ex electōe vt cū
hō ex volūtate deliberata pcō adheret. Et ſic pec
cat̄ ꝯ tertiū p̄ceptū. qꝛ ꝯ bonitatē ſpūſſancti. Et
talia dicūt̄ pctā ī ſpm̄ſctm̄. Circa q̄ duo ꝑ ordinē
ſtꝫ declarāda. ¶ Primū ē q̄ ꝛ q̄t ſtꝫ pctā ī ſpm̄ſcm̄
¶ Scōꝫ ē: an illa pctā ſint mortalia ſo/vl̄ ſi qñ qꝫ
pñt eē venialia ¶ Propt̄ pmū ē ſciedū ꝙ peccatū
ī ſpm̄ſctm̄ ꝓprie dꝛ illō qō ipugnat bonitatē ſpūſ
ſcti cui⁹ gr̄a fit remiſſio pctōꝝ. Et tale pctm̄ qō fit
ex certa malitia ſm theologos. vl̄ ex electōe ſcōm
Phm. 3. Ethicoꝝ dꝛ irremiſſibile vt pꝫ. Math.
12. ī textu ꝛ gloſa. Nō ꝙ nūqꝫ remittat̄: ſꝫ ꝙ nō hꝫ
cauſaꝫ remiſſibilitatꝫ. tollit em̄ oīa illa q̄ reqrunt̄
ad remiſſionē pctōꝝ. Et qꝛ ſex ſunt ꝯditiōes que
requirunt̄ in remiſſione pctōꝝ: ideo ſunt ſex ſpēs
pcti in ſpiritūſanctū. Haruꝫ aūt ſex: due ſumunt̄
ex parte remittētꝫ ¶ Prima eſt: dei miſcōia ꝯdo
nans culpā/ꝛ contra hāc eſt deſperatō. qꝛ homo
propt̄ grauitatem peccatoruꝫ deſperat. vt pꝫ per
Cayn q̄ deſpauit de dei miſcōia. Dixit ei Cayn
dño Gen̄. 4. Maior ē iniq̄tas mea qꝫ vt veniam
merear. ꝛ ſic fuit deceptus. qꝛ (Pſalmiſta teſte)
Prope eſt dñs oībus inuocātib⁹ eū in veritate. ꝓ
pe em̄/id eſt propitius eſt omnib⁹ inuocantib⁹ euꝫ
ꝛ hoc in veritate/id eſt non ſecūdum mala deſide

ria q̄ aliud querunt ꝙ̄ ipm deū. glo. increpationi/
bus ⁊ minis nō cōuertunt̄ ad deū: ſed deſperādo
accumulant crimē ſuum. Gregorius. ¶ Scd̄a ē
iuſticia obligans ad penam. Et contra hanc ē p̄/
ſumptio impunitatis. Similiter ex parte penitē/
tis duo requiruntur. ¶ Primum eſt dolor d̄ pec/
catis preteritis. ⁊ ꝯ̄ h̄ ē final' ipenitētia ¶ Scd̄m
ē ꝓpoſitū abſtinēdi a pctīs futurꝫ. Et ꝯ̄ h̄ ē obſti/
natio q̄ hoīs mens ita obſtinat̄ i pctō: ꝙ nō vult
penitere. ¶ Simılit̄ tertio ex parte gratie gratuꝫ
facientꝫ per quā ſimpliciter peccatuꝫ remittit̄ duo
requiruntur. Nā hec gratia vel confert̄ in fide ec/
cleſie: ⁊ contra hoc eſt impugnatio veritatꝫ agnite
Vel in ſacramentis eccleſie vel legꝫ noue ⁊ contra
hoc eſt inuidentia fraterne gratie. Et non accipit̄
inuidentia fraterne gr̄e ꝓut aliquis inuidet fratri
ſuo vl' alicui ſingulari pſone: ſed quando tanta eſt
malicia in eo: ꝙ diſplicet ſibi de gratia dei creſcen
te in mundo. Et ſic patet que ⁊ quot ſunt peccata
in ſpiritūſanctuꝫ. qꝛ ſex. puta deſperatio. preſum/
ptio/finalis impenitentia/obſtinatō/impugnatio
veritatꝫ agnite/⁊ inuidentia fraterne gratie. Pa/
tet etiā qualit̄ iſta peccata dicant̄ irremiſſibililia/
et qualiter non. ¶ Propter ſcd̄m eſt ſciendum ꝙ
ſi quis labatur ī deſperationem ex infirmitate vel
prauitate complexionis ⁊ de hoc dolet ⁊ penitet ī/
quantum poteſt: ſic deſperatio non eſt peccatum/
niſi forte veniale. Si autem contingat ex errore vl'
deceptione: puta ſi putans ſe obſequium preſta/
re deo ſeipſum occidat: ſic eſt peccatum mortale.

Si vero quis deſperat ex certa malicia ⁊ electiōe:
vt diffinitiue dicat cum Cayn. Maior eſt iniquī
tas mea q̄ȝ vt veniam merear ſic deſperatō eſt pec
catum ī ſpiritūſanctum. ⁊ tali ꝯſulendū ē vt cogi/
tet de īmenſitate diuīe miſcdie. ⁊ ſimili modo de
alijs dōm eſt. Nam aut preſumptio naſcit̃ ex īfir
mitate qua homo nimis de dei miſericordia con/
fidit: ⁊ ſic dicitur peccatum veniale. Aut naſcitur
ex errore nimis de meritis ſuis preſumendo: et ſic
preſumptio eſt peccatum mortale/⁊ ſpēs ſupbie.
Aut naſcitur ex certa malicia qua omnino inten/
dit dei iuſticiā non ſeruare preſumens de impunī
tate peccati: ⁊ ſic proprie eſt peccatum in ſpiritum
ſanctū: quia aufert iuſticie dei equitatem. Et tali
conſulenduȝ eſt vt frequenter cogitet de rigore iu/
ſticie. Similiter impugnatio veritatis agnite aut
prouenit ex infirmitate. vt cuȝ aliquis propt̃ vere
cundiam vinci nolens impugnat veritatem agnī
tam: ⁊ ſic eſt peccatum veniale. Aut prouenit ex
malicia: puta cum propter munera vel ſtipendia
aliqua que excecant intellectū: impugnat verita/
tem in damnum alterius: vt patet ī malis aduo/
catis: ⁊ ſic eſt peccatū mortale. Aut hoc prouenit
ex certa malicia: vt cum quis deliberate īpugnat
fidem catholicā/vel conſilia/vel precepta euange
lica: ⁊ ſic proprie eſt peccatum in ſpiritumſanctuȝ
Similiter inuidentia fraterne gratie: aut ꝓuenit
ex īfirmitate: puta ſi dolet aliū meliorē ſibi prefer/
ri: tūc ſi dolet ꝓpter ſui inſufficientiam non peccat
quia ſcdm gloſam Bernardi/dolor iſte bonꝰ eſt.

Si aūt dolet ſolum ꝓpt̄ eminētiaꝫ alteri⁹/ ꝛ talis mot⁹ ſit indeliberat⁹: ſic ē pctm̄ veniale. Aut ꝓuenit ex ignorātia: puta ſi q̇s dolet ḋ alteri⁹ excellentia/ q꞉ p h̄ ſibi timꝫ diminui ꝓpriū bonū: ſic ē pctm̄ mortale/ ꝛ ſpēs inuidie. Aut ꝓuenit ex certa malicia: puta cū ꝓpt̄ depꝛuatōeꝫ affect⁹ aliq̇s nec amat bonū in ſeipo/ nec etiaꝫ videre pōt ī alio: ꝛ ſic ē peccatū in ſpm̄ ſctm̄. ¶ De obſtinatōe aūt ꝛ finali impenitentia: ſciendū eſt ꝙ talia aut ſumunt̄ ꝓuatiue ꝛ ſic obſtinatio ḋr ꝑmanētiā volūtat̄ in pctis. Et finalis impenitentia ſolū importat ꝓuationeꝫ penitentie: ꝛ ſic iſta duo non ſunt pctā ſpecialia: ꝫ circūſtantie cuiuſlibꝫ peccati. Aut ſumunt̄ ꝯrie: ꝛ ſic obſtinatio importat voluntatē deliberataꝫ ꝑmanendi ī peccato. ꝛ finalis īpenitētia īportat voluntatem non penitendi: que duo ſic differunt Nam finalis impenitentia ſumit̄ reſpectu p̄teriti: q꞉ importat ꝓpoſitum nō penitendi de peccatis cōmiſſis/ ꝛ ſic ꝓuat peccati emendam. Obſtinatio vero ſumit̄ reſpectu futuri. vnde ꝓuat peccati cautelaꝫ ꝛ ſic iſta duo ꝓprie dicunt̄ peccata in ſpm̄ ſanctuꝫ. ¶ Ex premiſſis pꝫ qualit̄ confitendū ſit de tranſgreſſione huius p̄cepti ſm̄ quemlibet eius intellectum. Et ſic patent tria prima precepta que ordinant hoīem ad deum.

QUARTUM preceptum eſt. Honora p̄rem tuum ꝛ m̄rem tuam. Exodi. 20. In quo precepto ſcd̄m Auguſtinuꝫ libro de decem cordis: implicatur oīs actus beneficentie proximo īpendendus ſiue ex debito naturalis

obligationis. ſic honor q̇ debetꝛ prī naturali: ſiue
ex charitatꝫ debito ſic aliȷ̇ actus pietatꝫ q̇ ex chari
tate ipi ꝓrio ipendunꝛ. Implicanꝛ etiam i hoc p̄
cepto oēs act⁹ ꝟtutū q̇ ex charitate vel pietate ſeu
hūilitate ſunt circa ꝓximū exercendi/ vt videbiꝛ in
ꝓceſſu. Et ideo h̄ p̄ceptū hꝫ triplicem expoſitōem
ſm ꝙ pr̄ ꝛ mr̄ tripliciꝛ accipiunꝛ. ¶ Prima q̇dem
ꝓ pr̄e naturali, put eſt p̄ncipium generatiōis na/
turalis. ¶ Scd̄a pro pr̄e ſpirituali prout eſt p̄nci
pium regenerationis ſpiritualis. ¶ Tertia ꝓ pa
tre et̄nali videlicꝫ ip̄o deo qui eſt p̄ncipium creati
onis ſupernalis. Et cuilibet iſtorum patrum tri/
plicem honorem deferre debemus. ¶ Nam prē
ꝛ mr̄em naturalem honorare debem⁹. ¶ Primo
ipis reuerentiā exhibēdo/ nec ꝟbo nec facto ipſis
vnq̄ꝫ iuriam iferendo. Ad quod hortaꝛ ſapiens
Eccl'iaſtici. 7. Honora pr̄em tuum ꝛ gemit⁹ ma/
tris tue ne obliuiſcarꝭ. Memēto qm̄ niſi ꝑ ipſos
non fuiſſes. In quo verbo inuiꝛ rō potiſſima qua
re parentes honorare debemus: quia traxim⁹ ab
ipis ꝑfectionem nobiliſſimam que eſt eſſe Hec eī
eſt p̄ma ꝛ fundamentū oīm aliaꝝ ꝑfectionum Et
ideo dic̄ Phs. 8. ethicoꝝ. ca. ii. verſus finē ꝙ filiȷ̇
non poſſunt parentibꝫ reddere equalens. qꝛ tria
bona nobiliſſima ab ipis recipiunt. quoꝝ nullum
recōpenſare poſſunt ſufficienꝛ. eſſe naturale vide
licet/ nutrimentū: ꝛ doctrinam. Nā rōne eſſe natu
ral' quod traximus a parentibꝫ: ipis tenemur hu
militer ꝛ reuerenter ſeruire tribus modis. ¶ Pri/
mo ex tota virtute corporis/ vt ſi debiles ſunt ip̄os

corporaliter portemus ⁊ eis naturaliter ſuiam⁹.
quod eſt contra illos qui parentibus manus vio/
lentas inijciunt/vel ipis victum neceſſarium ſub
trahunt. Exodi.21. Qui percuſſerit patrem aut
matrem: morte moriatur. ¶ Secundo ex tota ꝟ/
tute cordis: vt ipos tota mente diligamus quod
eſt ꝯ illos ꝗ mortē parētib⁹ optāt: vt ipoꝝ heredi/
tate ꝑcipiāt. Aut vt ſine repꝛhēſione ſm motū pro
prie voluntatꝫ viuāt. ¶ Tertio ex tota ꝟtute oris.
vt nec durꝫ nec aſperꝫ ꝟbis vnq̄ꝫ cū ipis ꝯtēdam⁹
ſꝫ blādis ꝟbis eis reſpōdeam⁹/⁊ ipoꝝ reprehenſi
ones humiliter ⁊ patient̄ ſuſtineamus. quod eſt
